

Audomari Talæi  
in primum Aristotelis Ethic-  
cum librum explicatio,

A D

CAROLVM LOTHARINGVM Cardinalem Guifianum.



CVM PRIVILEGIO.

P A R I S I I S .

*Ex typographia Matthæi Dauidis, via amy-  
gdalina, ad Veritatis insigne.*

1550.

A V D O M A R I T A L A E I I N P R I-  
M V M A R I S T O T E L I S E T H I C U M  
L I B R U M P R A E F A T I O ,

A D

Carolum Lotharingum Cardinalem Guisanum,

**R**E M magnam, & multorum homi-  
num iudiciis probatam, tibi, Car-  
inalis amplissime, proponimus,  
hominis beatitudinem ab Ari-  
stotele descriptam: qua, si vera est,  
maius homini & melius ab Ari-  
stotele tradi nihil potest: sin falsa, verendum est, ne  
summi boni specie in summū malum incidamus.  
Itaque cùm ea de re primū Aristotelis Ethicū librū  
ad Nichomachum, ex Academiæ Parisiensis insti-  
tuto discipulis mēis prælegerem, non solum Dia-  
lecticam lucem, sed etiam philosophicam liberta-  
tem in vero falsoque & exquirendo & aestimando  
adhibui, & summatim singulis de rebus quid verū  
& rectum videretur, explicau: disputauiq; contra  
ethnicum & paganum philosophū, quæstionis hu-  
ijs & principium & extremum ignorantej: nam  
qui nescit, aut non credit beatitudinem hominis à  
Deo profici, & ad Deum referri, is humanæ bea-  
titudinis principium & extremum nescit. At Ari-  
stoteles hoc sine carceribus & sine meta curriculū  
instituit. Etenim cùm genus hominum sempiter-

a.y.

num fecisset, nec primum hominem à Deo creatū vnquam sibi persuasisset, huic errori impietas vi-  
delicit cōsentanea fuit, vt homo principiū sux bea-  
titudinis à Deo nullū duceret: cūmque idē summū  
hominis bonū hac caduca & mortali vita conclu-  
sisset, quasi post mortem hominis nihil esset futu-  
rum, huic alteri errori similis impietas cōsentanea  
fuit, vt homo ad Deum beatitudinis sux exitum  
non referret: nec ab eo recte factorum suorū præ-  
mium ullum expectaret. Neque verò solū eius-  
modi sine legitimis carceribus, & sine legitima  
meta (quemadmodum dixi) curriculum instituit,  
sed ita tortuosum, asperum, & lubricum instituit,  
vt in eo athleta nullus sine lapsu grauissimo, peri-  
culosissimōque certare possit: neque quisquā bea-  
tus Aristotelis beatitate futurus sit, qui non idem  
sempiterna miseria & infelicitate miserrimus &  
infelicissimus sit futurus: atque adeò homini Chri-  
stiano magnæ non solū temeritatis, sed impietā-  
tis culpa verenda est, si quis à tali philosopho Chri-  
stianæ veritatis præsidium ullum petendum existi-  
met. Sed hæc suis locis melius à nobis disputabun-  
tur. Quare ad Aristotelem de beatitudine hominis  
philosophantem veniamus.

*Eduardus sue facilitatis  
p̄ fiducia Eḡus & fugit  
a deo lego nō ab Aristotele  
ethicus potest; si m̄ b̄c  
verū ad libra Cuangeli*

*& facilitat̄ examinauerit, intelligit nō multū ab eo differentia, fin̄ ab eis ut impietas  
has ratione vulgari & temeritatis veritate: res suis locis ostendit: ~*



## Primus Aristotelis Ethicus

LIBER AD NICOMACHVM, DE BEA-  
TITUDINE HOMINIS, AB AVDOMARO  
TALAEO EXPLICATVS,

A D

CAROLVM LOTHARINGVM Cardinalem Guifianum.



<sup>1</sup> Mn̄is ars, omn̄isque doctrina, om- Cap.I.  
nis actio, pariter & deliberatio, ad  
aliquid bonū referri videtur. <sup>2</sup> Ita-  
que præclarè veteres bonum definie-  
bant, quò referuntur omnia. <sup>3</sup> Fines  
autem inter se hoc ipso discrepant,  
quod alij sunt actiones, alij præter has opera quædam.

<sup>4</sup> Ac quarum rerum præter actiones alij fines sunt, in  
his opera suapte natura sunt actionibus excellentiora.

<sup>5</sup> Cum vero multæ sint actiones & artes & scientie,  
multi sunt etiam diuersique fines: medicinæ siquidem sa-  
nitas, artis fabricandarum nauium nauis, disciplinæ mi-  
litaris victoria, prudentiae domestice & familiaris o-  
pes. <sup>6</sup> Quæ autem artes aliqua una facultate conti-  
nentur (ut equestri disciplina ars faciendorum fræno-  
rum, & ceteræ quæ circa instrumenta equorum ver-  
santur, & hæc ipsa equestris disciplina militarisque o-  
mnis exercitatio imperatoris arte & facultate, itemque

a. iij.

aliae alii) in his omnibus fines earum quæ principatum tenent, subiectarum & inferiorum rerum finibus sunt anteponendi: illorum quippe causa etiam hi expetuntur. Ac nihil interest an actiones ipsæ sint fines actionum, an aliud quidpiam, quemadmodum in commemo-ratis artibus & disciplinis.

*P*extenu' huius Expl.  
actionis in 5<sup>o</sup> Cap.

Aristoteles disputatio[n]is de beatitudine, p[er]t[inent]es: p[ro]m. cap[itu]lo 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, 3<sup>o</sup>. Altero 4<sup>o</sup> 5<sup>o</sup> 6<sup>o</sup>, tercio reliquit cōtraria. Sed p[ro]m. quatuor sunt 1<sup>o</sup>, p[ro]m. 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>, 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> c[on]tra coniunctae sunt. 3<sup>o</sup> 4<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, videlicet 3<sup>o</sup> c[on]tra syllogos q[uod] p[ro]m. initio 2<sup>o</sup> c[on]tra disponit. sed c[on]tra illuc erat:

Boni & finis eadem. Ut teribus definitio[n]is, sic se p[er] Aristoteles bonū eiū fine coiungit. ut 3. 2. phys. 3. 5. Metaph. 5. 1. de Partib. Anim.

Finium diu[n]cio.  
9. 9. metaphys.

contemplationem, quam ab Aristotele de industria prermissem esse arbitror, ut hac reticentia, & velut instructio euniculis postea facilius ad op[er]a pugnandam sententiam Platonis ingredieretur, qui beatam hominis vitam in Idea posuit: & in Philebo vitam in contemplatione positam omnium diuinissimam & perfectissimam esse docuit. Esse autem finem aliquem deco-

76. 10. plu[er]o[rum] Quintilianus in artium diuisione docet, quas ex tripli fine distinguit, cognitionis, actionis, & operis: & Aristoteles ipse in topicis cum agit de ornato, simili artiu[m] diuisione dicitur. Quintianus in his ethicus libris felicitatem hominis non in actione tantum, sed etiam in contemplatione postea statuet. Itaque Aristotelis testimonio tertium finem deceptu[m] ad ex-plendam partitionem apponere debemus.

4. Recte autem præcipit opus esse melius actione, cum operis causa actio suscipitur: semper enim in causis præcipie locu[m] finis obtinet: ut domus adifica-tione melior, & messis agricultura, & tela textura, & vinu[m] racematione.

5. Fines deinde inter se duplicitate distinguuntur: prima distinctio est naturae & rationis, qua sua cuique & propria tribuitur: ut enim artes, sic artium fines inter se discrepant: sed exempla qua hic adhibetur, minus idonea sunt: non enim finis medicina est sanitas, sed adhibere ea quæ valent ad sanandum, ut finem sit adeptus medicus, etiam si non sanari: Neque enim (ut in Topicis ait) vel orator omnibus modis persuadere solet, vel medicus sanare, sed si nihil prætermiserit eorum quæ adhiberi possint, tum denique & peritum eum & artificem iudicamus. Et Quintilianus, tendit quidem, ait, Cap. 17. li. 2. ad victoriam, qui dicit, sed cum bene dixit, etiam si non vincat, id quod arte cōtinetur, effect: nam & gubernator vult salua nave in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abruptus, non ideo minus erit gubernator, dicet que illud notum, Dum clau[m] rectum teneam: & medicus agri sanitatem petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia egri, alioque quo casu summa non contigit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicine fine non excidet. Nec rei militaris finis est Victoria, sed facere omnia quæ ad vincendum pertinent. Idemque de diuinitate & opibus in prudētia familiari iudicandū est: potest enim idem optimus esse pater familias & pauperrimus.

6. Secunda finium distinctio versatur in contentione dignitatis, ea que magnam lucem ad propositionem proximi syllogismi affert: nam si demonstratum fuerit in finibus veluti in scilicet certos esse gradus, ut alijs inferiores, alijs superiores sint, & superiores semper inferioribus esse meliores, perspicuum erit omnibus, si quis summus sit rerum expetendarum finis, supra quæ animo & voluntate altius ascendere non possit, hunc ipsum optimum esse & perfectissimum, in quo vita hominis beata veretur. Quamobrem primi a. iiiij.

9. Tertiis ex Aristotele diuidatur:  
Finis {  
Ecclesia actio  
Eccl[esi]a opus  
alios Medicinae alio militaris  
Denique omnes arti p[ro]prias  
alios inferioria, alios superioria, sed  
h[ab]ent mutuas p[ro]prias.

Aristoteles beatitudinem dis-tinguit: Et altera bona, i. boni verbo est facit uero, h[ab]ens altera diuina ex eo q[uod] in boni diuinu[m] est: illa operis ei de virtutibus: sed bona[m] ad reprehendendu[m] turbares, hanc diuina: q[uod] in complanu[m] posita est: & perfectio beatitudinis: r[ati]onem rotinet, eu illa altera, r[ati]onis imperfecta. 2. Thom. 1. 2. q. 3. ar. 2. ad 4. & 5<sup>o</sup> 2. 2. v[er]bi in reali p[re]ceani, me collocat Aristoteles, corrig. apudnam vocat: cap. 24. sit. & p[er] comple[ta]o. scrib. ethic. 3. 7. Ob[lig]atio in nobis opera est: si ergo & hoc loco aethoris non decipi cōfunden[t]ur. quin dicitur Aristoteles Cap. 2. lib. 1. 3. 7. p[er] ostendit complanu[m] actionis.

5. Terci finis singulare est: alius es q[ui]dam, alius ipsius n[on] cōsequitur nisi possit. 2. Thom. 1. 2. q. 2. ar. 7. & q. 3. ar. 1. de p[ro]p[ri]o legi Aristoteles de posteriori Taleo n[on].

Sane in Anni ultimis & extrema bonorum disputata 2. 760. 1. 2. q. 1. ar. 4<sup>o</sup> & ar. 5<sup>o</sup> vnu[m] ei non plura cōcludit: qd ex hac c[on]clusione cōcludit, non multi finis ad unu[m] tel[em] extrema referuntur:

*Si ergo iuris sententia  
damenta futurae lo-  
putamini e. s. q. sit  
sumus q. exponemus  
aliquid huius bonum.*

*capitis disputatio ad hanc conclusionem perducta est, ut cum animus homi-  
nis in rebus experientis semper aliquem finem & bonum spectet: fines autem  
varii multiplicesq. sint, atque ita inter se affecti, ut à superioribus inferiores  
dignitate vincantur, nemo dubitare posse, quin summus rerum experien-  
tarum finis, idem optimus & perfectissimus sit. His itaque iactis fundamentis  
ad prima questionis explicationem veniamus.*

Cap. 2.

<sup>1</sup> Ac si quis est ultimus extremusque rerum agen-  
darum finis, quem propter se, et cetera propter ipsum  
expetenda ducimus, (<sup>2</sup> neque omnia propter aliud opta-  
mus: sic enim res serperet in immensum, et inanis va-  
naque nostra esset appetitio) constat illum esse rerum ex-  
petendarum extremum, summumque bonum: <sup>3</sup> cuius  
cognitio perceptioque magnam commoditatem ad vi-  
tam et mores recte conformandos continet: ut tanquam  
sagittarij proposito nobis signo certius ad id quod opus  
est, contendamus. <sup>4</sup> que cum ita sint, diligentia nobis  
adhibenda est, ut ipsum summum bonum, quid tandem  
sit, et ad quod genus scientiae facultatisue pertineat,  
summatim complectamur. <sup>5</sup> Ei vero scientiae, que reli-  
quis imperat, maximusque praestat subiecta videri potest,  
cuiusmodi est doctrina ciuilis: <sup>6</sup> haec enim, que artes sint  
utiles Reip. et quas quisque ciuium discere debeat, et  
quatenus, instituit: atque etiam clarissimas nobilissimas-  
que disciplinas, ut eloquentiam, artem militarem, et  
domesticam scientiam, huius legibus imperioque subie-  
ctas videmus. <sup>7</sup> Quod si reliquis artibus velut admini-  
stris uitetur, quarum vis omnis astione cernitur, sancit-  
que legibus et institutis que sunt illis facienda, prohibe-  
reque contraria, haec profecto doctrina ciuilis certo fi-

ne cōclusa definitāque, reliquarum disciplinarum fines  
amplexabitur, ut in illo summum perfectūque homi-  
nis bonum constituendum esse videatur.<sup>8</sup> Quanis e-  
nim eadem sit ratio eorum, quae tum in singulos ciues,  
tum in vniuersam Rempub. conferuntur, at Reipub.ta-  
mē causam fuscipere, eāmque summo consilio & studi-  
tueri, maius quiddam perfectiūsque est: optandum enim  
nobis est, ut etiam de uno, solumque ciue bene mereamur:  
at verò genti ciuitatibusque multis consulere longè præ-  
stantius & diuinius existimandum est.

*Homines ignari & dialecticæ & sententia qua tractabatur, librum  
hunc in certa & propria membra non diuiserunt, sed imperitorum coquorum  
more discipserunt: Superiorē enim capite non plena sententia, sed illustrati-  
dūt taxat proxima propositionis continetur: cuiusmodi ignoratione hoc opus  
plerisque in locis diuulgatum ac dissipatum est: quas tamen capitum sectiones  
ideo secuti sumus, non quia probaremus, sed ne imperitis hominibus vīta-  
tam rationē lectionis huius perturbare videremur. Primus hic syllogismus  
ad leges artis concluditur, & ex partibus veris componitur.*

- Propositio perspicua est: inter enim philosophos & Christianos conuenit, beatam hominis vitam omnium rerum maximè esse expetendam,  
Et assumptio (qua proxima parenthesi continetur) nihilominus aper-  
ta & probata omnibus est, quod exploratum sit omnibus in rebus experen-  
dis aliquid esse extreum, in quo mens hominis conquiescat, nec ultra idip-  
sum appetit & voluntate longius progrederi posset. Hoc igitur ab Aristote-  
le fundatè possumus esse, quo felicitatem hominis in summo ac ex-  
tremo bonorum fine constituit: sed cetera nequaquam similia sunt, ut in ex-  
amine totius disputationis apparebit. Nam cum ad explicationem &  
constitutionem summi boni descendit, tam procul aberrat ab eo quod inquiritur,  
quam qui maximè. Quem tamen philosophum miserandum iudicemus li-  
cet, qui in tanta cecitate & caligine temporū veritatis lumen secutus non  
est. At Christianos quosdam homines quis hoc tempore ferat, quis Aristote-  
lis doctrinam falsam presertim, & Christiana religioni repugnantem, tam  
sancè, tamque religiose venerantur, ut eam non minus, quam sacros, & à  
spiritu Dei dictatos libros approbent? Itaque in animaduertèdis huius Ari-

John Sullican & Son  
Saxmundham

*As fmaesas q' ser conclus  
as p'na e fundamentais  
prosita, un' illustratio  
e' afermata.*

*Smaragdus* 2<sup>o</sup> huic  
Capituli capitale ex  
initio predictorum ~  
in altera no<sup>ta</sup> 4<sup>o</sup> huic  
sic vero cap<sup>ituli</sup> et 28

Funclamentū disputationis  
de felicitate humana recte  
scit Aristoteles reliqua p[ro]p[ter]o  
et dissiugit. Quem ab eo autem  
religione Christiana  
non dissentire sine loco  
Talio ostendamus:

Aristoteles disputationis erroribus, nō tam mibi certamen erit cum Aristotele, nisi cūm aut aperte veritatem Christianā opugnare, aut Platonem malitiōse calumniari videbitur, quām cūm huīusmodi hominibus, qui manifestissimam Aristotelis impietatem vel aperte defendere, vel distinctiūculis quasi præstigiis quibusdam prætexere glorioſam & præclarum esse dūcunt. Nam si Aristoteles hoc tempore à mortuis excitaretur, eaque opinione, quam de Deo & Christo habemus, imbuceretur, confessim decreta sua tolleret, penitusque damnaret, que inepti quidam Christiani stultissimè probant, & pertinacissimè sequuntur. 3 Verūm ne segnes tardius simus ad percipiendam moralem de beata vita philosophiam, Aristoteles in ipso

*Cœcitas audiens. A statim sus operū vestibulo nos inuitat, & quantum proſit hæc ad bene & beate viuendum, ostendit ſimilitudine ſumpia à Sagittariis, qualia ferē eſt apud Perfum, ſatyras 3.*

Eſt aliquid quo tendis, & in quo dirigis arcum?

An paſsim ſequeris coruos, teſtāque lutōque

Securus quo pes cadat, atque ex tempore viuus? Cicero quoque hanc disciplinam utile docet, quod per eam certius & facilius homines ad beata vi-

Lib. 5. de fin. tam perueniant. ſummum bonum, ait, ſi ignoretur, viuendi rationem ignorari necesse eſt, ex quo tantus error conſequitur, vt quem in portum ſe recipiant, ſcire non poſſint: cognitio autem rerum finibus cū intelligitur quid ſit & bonorum extremū & malorum, inuenta vita via eſt, conformatio que omnium officiorum. 4 Atque hæc de prima huīus proemij quæſtione, quam ſequitur deinceps ſecunda, Cuius doctrina ſit explicare ſummum bonum, que ex adiunctorum loco declaratur: ſyllogismus conne- xus eſt primus,

Si doctrina ciuilis reliquarum artium princeps eſt, eius munus erit explicare quid ſit ſummum bonum:

Ciuilis autem doctrina reliquis artibus & disciplinis praefit:

Huius igitur munus erit explicare quid ſit ſummum bonum.

5 Complexio primo loco adhibetur, Aſſumptio ſecundo, Propoſitio poſtremo. ſed hic Aristotelis ſyllogismus parum diſtincte rem propositam concludit: nam alios nobis ethicos, alios politicos libros deſcribit: & in ſe- pimo politico, cūm ethica doctrina ſummam quandam repetit, ait eam do- trinam in politici alienam eſſe, & alieno loco tractari, vt Aristotelis iu- dicio due discipline videantur, politica & ethica, & precepta diſtincta. Interpretes tamen ciuilis facultatis nomine, disciplinam moralem putant intelligi: quia vt Grammatica eſt præcipere de loquendo: Dialectica de diſ- ferendo: ſic ethica artis de beatae viuendo. Et certe tota Aristotelis politi-

2<sup>a</sup> Q. ci. 2.

ea doctrina nihil aliud, quām r̄sum & exercitationem ethica contineat, de ciuitate & ciuibus, de quaे ciuitatum rectoribus: id eſt, de ſchola, de diſci- pulis, de quaē magiſtri beatæ vita: ſed hoc Aristoteles parum perſpicue di- xit: itaque locuſ hic ſic intelligendus eſt, quaē diceret Aristoteles, vt grā- matici eſt præcipere de grammatica, & rhetoris de rhetorica: ſic politici de ethica: quia vt illi ſunt exercitatores artium ſuarū, ſic politici morū. Itaque ciuile facultate ceteris artibus imperare, ſic ſententias intellige, quaē dice- retur reliquarū artiū hominib⁹ a ciuili facultate beate viuendi leges tradit⁹.

6 Propositionis connexe Aristoteles rationem aliquam reddere co- natur, que quidem vera eſt, ſed ad rem parū facit. Non enim ſequitur, ſi iuuare Rē publicam maius quiddam & perfectius ſit, quam ſingulos, & do- trina ciuilis beatæ vita legeſ & precepta contineat & præſcribat. Hacte- nus de duabus primis exordi⁹ partibus: deinceps Christianos admonitos ve- lim, vt Aristoteles authoritatis opinione remota, ſimpliciter quid ab Ari- ſtotele dicetur, mecum ipſi diligenter & attente conſiderent, & intelligent quod & quanti lapsus ſint in reliqua parte diſputationis, & quam temere & inconsideratè non ſolum contra alios, ſed etiam pro ſeipſo de beata ho- minis vita diſferat.

Atque hæc que à nobis inſtituitur de ſummo bo- Cap. 3.

no diſputatio, quoniam ciuilis eſt, in his rebus verſatur:

<sup>1</sup> cui ſatis abunde copioſeque factum fuerit, ſi quatenus rei natura feret, explicabitur: <sup>2</sup> non enim in omni arte & in ſtitutione, accurata explicationis diligen- tia, limataque ſubtilitas poſtulanda eſt: quemadmodum nec in his rebus que opificum manibus & instrumentis traçatur. <sup>3</sup> Atqui res honestæ iuſtæque, de quibus ſcie- tia, ciuilis diſputat, tantam habent varietatem, tantumque errorem hominibus adferunt, vt legibus & institu- tis hominum valere, non natura, & vi ſua conſtare vi- deatur. <sup>4</sup> Sepe etiam opinio de bonis nos inducit in er- rorem, quod ex his multa incommoda detrimentaque naſcuntur. Alios enim diuitiarum copia, alios vires ipſe corporis peruerterunt. <sup>5</sup> Quamobrem ſi quis de ſumma

Pohliens operat gdem doſſi- na de morib⁹: ut in arti poli- tica ab artis diſtincta: & alia ſunt pugna mey ciuiusq; alia cuius. & ex politici iuſtis.

lmo hec ro vera eſt eſt em- coſtitudine: conſeru. n. ipſe ſimi- boni explicationi ciuilis doſſi- n attribuit qđ principali ſunt. iū c. i. extinuerunt ſini a ſfragia p̄mis familiari & arti ſit artis butis: p̄incipia ſit hic rōrū ſit. qđ politici boni inguo p̄ficiā ē maius ſit & diuina.

beatae vita differere velit, is hoc tantummodo requirat, ut quæcumque res inciderit, quæ sit ratione explicanda, eam non exquisita quadam subtilitate, sed summatim cursimque declareret: et si de rebus quæ frequenter accidunt, ei dicendum sit, simile genus orationis, id est nō constans, sed vicinque probabile sequatur. Eadem ratio valere debet in omnibus rebus quæ oratione tractatur: est enim hominis bene et liberaliter instituti eatenus in singulis rebus, quæ ad docendum proposuæ sunt, accuratum genus orationis flagitare, quoad rerum natura ferre posse. Simili nānque ducuntur errore et qui mathematicum verisimilibus argumentis disputatèm probant, et qui ab oratore necessarias constantesque probationes requirunt. Atqui quam quisque rem nouit, de ea bene iudicat, eiusque satis idoneus iudex et arbitrèt est. De singulis itaque rebus rectè statuet, qui fuerit in singulis diligenter exercitatus: atque in summa de omnibus, qui fontes omnium rerum scientia et cognitio complexus sit: quæ causa est cur ad audiendam, percipiendamque doctrinam ciuilem non sit aptus atque accommodarus iuuenis, quippe qui abhorreat ab his officiis quæ ad institutionē humanæ vita, morūmque spectant, de quibus hæc nostra omnis habetur oratio. Iam vero cū impetu quodā animi et perturbatione feratur, non ratione et iudicio vtatur, frustra et inutiliter se se ad eam disciplinam audiendam et cognoscendam comparabit: propterea quod huius artus finis mancus et imperfectus est, nisi virtutis actio cognitionem, contem-

plationemque sequatur. Nihil autē interest, an sit æta te iuuenis, an iuuenili temeritate ducatur et insolentia: nō enim in ætate vitium inest, sed in perturbatione vite atque rationis. Itaque huiusmodi genus hominū nullam solidam atque expressam utilitatem ex cognitione ciuilis doctrinæ percipiet: quemadmodū nec impotentes, qui suis cupiditatibus et voluptatibus obtemperant. At his, qui vagos et inconstantes appetitus animi rationi obedientes effecerint, doctrina beatæ vita admodum frugifera et utilis erit. Ac de auditore quidem, et qua ratione intelligi debeat, et quid nobis his libris tractandum sit, hactenus præfatum, primoque loco dictum sit.

Hoc tertio præfationis capite tertiam questionem de genere docendi expedit. Ac ne quis ab eo certas et tanquam ex oraculo aditas sententias de beatæ vita et virtutibus requirat, videtur Academicam prudentiam retinere, et tacitam ignoracionis sue significationem dare voluisse.

1 Dicam, ait, de moribus, non exquisita quadam subtilitate ac veritate rationis, quomodo igitur ex cōmuni hominum opinione, quid ita? quia quid bonum, quid malum, quid iustum, quid iniustum, quid utile, quid inutile sit, animo complecti, ac vere iudicare vix possumus. Tanta siquidem est varietas opinionum, tantaque dissimilitudo, ut quod aliis bonum, idem aliis malū esse videatur: nec cātum singulorū hominum priuatim, sed etiam singulorum populorum publicè varios et diuersos mores esse constat. Continentiam enim Lacedemonij probant, quam sybarite repudiant. Itaque cum probabilita tantum sint, quæ sequimur, probabili oratione vtedum nobis est. Syllogismus simplex sit primi generis, hoc modo:

Res, de quibus agitur, probabiles tantum sunt: i. nō assidet et unius  
Oratio debet esse similis rebus, de quibus agitur: modi semper.  
Satis est igitur si probabilis fuerit oratio.

2 Assumptio precedit, de qua Plato, Quoniam, ait, in omni oratione In Timo. cum his rebus, de quibus agitur, naturalis quedam et germana debet esse cognatio, cum de restabili et immutabili disputatur, oratio talis sit, qualius illa, quæ neque redargui, neque conuinci potest: cum autē ingressa est effe-

ime vero ut intelligamus fir  
mar quidem cū et cibis  
doctrinæ huius mīas, sed q̄  
cōfervante popularib⁹ nō  
excessissi r̄ib⁹ et alia  
mūlū, accōmōdati tr̄:  
dñi tñ moralia p̄cipia in  
tantā qđ nō semp eadem  
et cōde'm⁹ sine. ut mūlū,  
pugna, sed q̄ cibis  
r̄ient. abogn si dñ f̄  
p̄habilis et nō p̄habiles  
sūt op̄o est nō sc̄ientia.

*qui dubitans Aristotelem  
exstiterat virtutes &  
nec homini consentientib;  
ut sunt haec eadem se p  
est, si & virtutis non sit  
consensus & firma non  
aut & arbitrio cuiusq  
mutata. sed virtutis ma  
logib; & iustitib; & legib;  
mutata, qd' gñ regimur  
Aristoteles, sicut temptantq  
leges qd' sunt sed sit,  
non qd' nec temptantq  
& no erat, exige & sta  
tute: ut restat de iustitia  
ab ea ex parte dabo p  
eriptis.*

*Vere orator ad popu  
lum & legem popula  
rib; recte & ambo  
angustis.*

*4<sup>o</sup> Proemij.*

*Eta, & imitata quedam simulachra, bene agi putat, si verisimilitudinem  
consequatur. 3 Altera pars syllogismi iam pridem explosam & dam  
natam sententiam Pyrrhonis attingit, qui censebat nihil esse suapte natura  
bonum aut malum, sed vel legibus, vel consuetudine hominum, hoc vel il  
lud tale videri: quod omnino falsum est: nec enim si in virtutis & opinioni  
bus hominum multa sunt tenebrae, & rilique errores, ideo non constans &  
certa quadam beata vita & virtutis natura est, quam veteres philosophi  
humana opinione & cogitatione non comprehendenterunt: nec Christiani ho  
mines suo ingenio, sed diuino consilio & monitu freti ad illius inuestiga  
tionem & scientiam peruenierunt.*

*4 Alter error (inquit Aristoteles) in bonis est, quod aliquando videa  
tur obesse hominibus: quo argumento Stoici diuitias & commoda corporis a  
bonis reiciunt: diuitia enim nutrimenta sunt libidinum & flagitorum:  
& robur detrimentum attulit Miloni Crotoniate, qui cum arborem disser  
pere vellet, ab eadem interceptus & intertritus interiit.*

*5 Complexio vero est. Quare cum nihil sit in questione, que est de vi  
ta & moribus, certa veritate definitum & exploratum, sed omnis vita de  
genderatio opinionibus hominum & institutis teneatur, satis erit nobis pin  
guis, quod aiunt, Minerua de felicitate & virtutum generibus philo  
sophari. 6 Relabitur autem denuo ad rationem proximi syllogismi de  
ratione docendi: quam similitudine oratorum & mathematicorum illustrat.  
quo in loco oratores causidicos appellant, qui aut apud iudices, aut apud pre  
tores, aut apud populum causas dicunt, quales nostris temporibus in foro  
aduocatos appellamus: qui tamen (pace philosophi dixerim) & possunt  
aliquando, & nonnunquam solent & tibi necessariis rationibus: quemad  
modum ex Ciceronis & Demosthenis orationibus appetet. Itaque vulgaris  
& scholastica magis quam vera est opinio: quam Aristoteles in rhetorice  
suis, cum a veteribus accepisset, amplificauit, & posteris in hac re, sicut in a  
liis, errandi occasionem prebuit.*

*7 Quarta questio sequitur de auditore philosophiae moralis, quis sit  
idoneus, & quis non sit: unde duo syllogismi existunt: primus sic,*

*Quam quisque rem nouit, de ea bene indicat:*

*Vir bonus longo & sua vita peritus mores nouit:*

*Quare vir bonus de moribus recte indicabit. Secundus autem sic:*

*8 Qui ignarus vita cupiditatibus suis obsequitur, is non est ido  
neus auditor:*

*Iuuenis expers officiorum cupiditates sequitur:*

*Iuuenis igitur non est idoneus auditor.*

*sed tamen hoc argumentum male ad iuuenem accommodatur, aliudque  
estrem nosse & diuidicare, aliud ut ille audire & discere: nec artes tra  
duntur doctis & peritis, sed indoctis: & inuenta est medicina, agorarum  
causa: philosophia autem est medicina animorum. Itaque preclarè Cic. Qui Tuscul. 3.  
vero, inquit, probari potest, ut sibi animus mederi non posset, cum ipse me  
dicinam corporis animus inuenierit: cùmque ad corporum sanationem, multū  
ipsa corpora & natura valeant, nec omnes qui se curari paſſi sunt, continuo  
etiam conualeſcant, animi autem qui sanari voluerint, praecipiſque sapien  
tium paruerint, sine illa dubitatione sanentur, est profectio animi medici  
na philosophia, cuius auxilium non ut in morbis corporis petendum est fo  
ris, omnibusque opibus viribusque, ut nos metiſi nobis mederi possumus, elab  
orandum est. id que ipsum Horatius confirmat:*

*Feruet auaritia miseraque cupidine pectus?*

*Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem*

*Possum, & magnam morbi deponere partem.*

*Laudis amore tumescentia certa pincula, que te*

*Ter pure lecto poterunt recreare libello. Et quid Euangeliū Christia  
num, que est vera philosophia, profitetur aliud aut pollicetur, quam medela  
& sanationem animorum? An Christus se ad vocados iustos, non potius ad  
confolandos & in viam reducendos iniustos ex illa caelesti vita in hanc hu  
manam venisse confirmat? quid de legum latoribus antiquis, qui primi fue  
runt magistri morum, doctoresque vita, dicam? bonisne hominibus eos tulisse  
leget arbitramur? at vir bene moratus legibus & preceptis omnino non  
egit. quibus igitur malis, opinor, ut hi laude & premio ad honestatem ad  
duceretur: ignominia & supplicio ab omni improbitate & virtutis arceren  
tur. At non potest, inquires, iuuenis de moribus iudicare: nec egrotus de mor  
bo suo potest estimare: accedit tamen nihilominus ut ille ad medicum, ita  
hic ad philosopham. At perditus & dissolutus est. Quemadmodum adeo dis  
soluta n' putas, ut nulla ratione colligi posse? Nam, ut ait Horatius,*

*Inuidus, iracundus, iners, vinosus amator?*

*Nemo adeo ferme est, ut non mitescere posset,*

*Si modo cultura patientem commodet aurem.*

*Polemo Atheniensis, iuuenis etate & moribus, adolescentiam agebat in  
deliciis & voluptatibus: & in lustris, popinis, coniunctis, locis omnibus ita  
se gestu, incessu, sermone gerebat, ut non solum perulans, sed perditus &  
desperatus omnino videretur. Verum cum ebrium & sertis redimitus cum so  
ciis & ministris libidinum suarum scholâ Xenocratis philosophi ingressus  
esset, audita eius oratione de temperantia laudibus, sic repente affectus & mu  
tatio.*

*16. Paulus inquit iste nō a legum possum: i. qd' iusta, qm' sine ipsa  
legi ipsi possumunt sibi legem & rotem bona & beate vivendi  
at legi justitia tenet & obligat iusta qd' qua' impie' mā & state  
lubricani affirmauerint.*

*Aristoteles ethica au  
ditore appellat, qui ita  
sit affectus ut non  
frustra est inutiliter  
audiat, sed ad eum  
pugnata mors ad for  
met. qualiter ab  
vero ergo nō ob  
fanti medicina est  
inutilis sic pugnare  
inueni pugnabit  
et qm' affectibus ad  
genia impellat:*

*Tale ostendit ei  
et c. utilem, qui quic  
segit & turbam inibus  
infecto vita, tristia  
audie obit, pax va  
lis: qd' tristis no  
negat, negat autem ut  
filii qui abhuc se  
qdtur affectus sic de  
et gentis concitare  
qd' ludus regnaret  
cuicq' sic prohibet  
margaritas. i. enan  
igra' doctrina pacis  
i. pugnabit & vi  
tibi implicant horibus  
pudicari: — virtuosus  
ige qui illa monenti pa  
ret nō dunit affectibus  
Qd' tu' ethica tu' cuia  
glorie docti idoneus au  
detur et c. —*

*In epist.*

catus est, ut mox ab hisce cupiditatibus adolescentia ad studiū virtutis traductus fuerit. Qualem vero medicum eum putaremus, qui ianua & domo sua agrotis interdiceret? Præterea cum philosophia moralis una & eadē sit & singulorum hominum & vniuersorum, sive in solitudine, sive in familia, sive ciuitate, aut quavis omnino societate vivant, ut Aristoteles ipse in Politicis docet, & cum morales ciuilésque leges vniuerso hominum in ciuitate vniuersum generi à legislatore, id est, magistro ciuitatis & doctore, promiscue & communiter tradantur, ridiculum est querere, qui sint in ciuitate legum idonei auditores, quasi non una sit communis omnium & bonorum & malorum doctrina, non una schola, nō unus magister. Quamobrem iuuenes à philosophia non satis iusta ratione recesserunt Aristoteles. Hactenus in Aristoteleam felicitatem quadripertita prolusio fuit, quam magna ex parte vitiosam esse ostendimus. Quāuis enim primum questionis caput apportione & argumentatione cōclusum sit: tamen vitiosa finiū partitione & minus idoneis exemplis inelegatè est expletū, & secundū caput de doctrina ciuii parū distinctè cōcluditur atque exponitur: tertiu autē magis tolerabile, quod Aristotelis ignorantiam de natura bonorum & malorum testata prodit: sed quartum de idoneo auditore philosophie moralis adeo durū & absurdum est, ut non tantū ab opinione omnium abhorreat, sed cum exemplis vita perspicuis, & cum ipsa veritate manifestissimè pugnet.

## Cap. 4.

Vt igitur ab ipso capite repetitam rem prosequamur, cūm omnis scientia & deliberatio ad aliquod bonum referatur, dicendum nobis est, quid sit scientia ciuili propositum, quōdue sit rerum agēdarum extremum summūmque bonum: 'de cuius nomine ferè inter omnes conuenit, cūm beatitudo ab eruditis pariter & imperita multitudine appelletur, & hominem bene viuire recteque agere, idem quod beatum & fælicem esse existimetur: at verò quāna sit beatitudo, magna sanè dubitatio & controversia inter vulgus & doctos homines existit. Alij enim beatitudinem re quapiam illustri, & in clarissima omnium luce posita definiunt, vt <sup>2</sup> voluptate, <sup>3</sup> diuinitatis gloria. Alij aliud esse arbitrātur: sāpe

etiam vñus atque idem mutata opinione modò hoc, modo illud summum bonum statuit, ut cūm est infirma valetudine, sanitatem: cūm pauper est & egenus, diuitias.

<sup>4</sup> Qui verò mentem habent sive ignorantiae testem & conscientiam, hominem magnificè & sapienter ea dicentem, quæ ingenij captum longè superant, satis admirari non possunt. <sup>5</sup> Aliis etiam beatitudo, præter alia multa, videtur aliquid esse sua vi naturaque bonum, quod omnibus causa sit, cur bona dicantur. <sup>6</sup> Verū si omnes de summo bono sententias exquirere, perscrutarique velimus, superuacuum & inanem laborem suscipiemus. Satis erit præclaras & insignes recitare, & quæ aliqua probabili ratione defendi posse videbuntur. <sup>7</sup> Nec illud nos lateat, diuersas esse disputationes, & quæ à principiis oriuntur, & quæ ad principia progrediuntur. Præclare enim Plato dubitauit, atque hanc questionem attulit, vtra via tenenda esset in explicandis & tradendis artium præceptis: an quæ à primis initii ad fines, an quæ ab iis ad prima initia duceret: quemadmodum in stadio ab iis qui præmia cursoribus proponunt ad metam, aut contrà à meta ad illos curritur. <sup>8</sup> Nam disputationis initium à rebus notis & perspicuis ducendum est, quarū duo sunt genera: aliæ siquidem sunt notæ nobis, aliæ suapte natura. Ingrediēdum autem est in hanc de summo bono disputationem ab iis rebus quæ sunt cognitæ & exploratæ nobis: ob eāmque causam, si quis de rebus honestis & iustis, omninoque ciuibibus accuratè & studiose audire cupiat, is ingenuis moribus institutus, &

b. i.

*Vñ virtutis excultus esse debet. Fundamentum enim percipiēdæ doctrinæ est rem esse: quæ si perspecta cognitaque fuerit auditori, quamobrem sit, & quibus causis probari demonstrarique possit, nō admodum ille requireret: talis enim aut iam bonitate naturæ quodammodo in mente consignata disciplinæ principia continet, aut facile percipere complectique potest: at cui neutrum horum inest, audiat Hesiodum,*

*Omnia cui pandit mentis solertia, fælix,  
Qui videt ad finem via quæ nos optima ducit:  
Et bonus est, rectè sequitur qui verba monentis:  
Ast hebes & surdus, qui nec scit recta, nec vñllum  
Audit doctorem, vir inutilis hic sit & amens.*

*Absoluto proæmio, & prima totius disputationis parte expedita, duplex argumentationis genus Aristoteles ad exquirendam hominis felicitatens sequitur, refutationem & confirmationem: ut illa quidem, quid nō sit sumnum bonum, hac vero quid sit, facilius & planius ostendat: re tamen omni perspecta & cognita, veritas ipsa clamabit omnes cum veterū aliorum (excepto vno platone, qui in illis cœcis suorum temporum tenebris aliquid vera & diuina beatitudini cōsentaneū viderit) tum etiā Aristotelis falsas omnino, & ex damnatis scholis profectas esse sententias. Aggregiamur igitur ad refutationem huins instituti partem secundam, quam idcirco Aristoteles confirmationi præire voluit, ut reiectis & explosis non modo plebeis opinioribus, sed his etiam quæ aliquam illustrem autoritatem habere videntur, audacius ipse tanquam in arcem veritatis ascendat: hoc enim Aristotelis vñstatu fuit (ut ex eius scriptis constat) quicquid ali⁹ dixerint senserintue, cuiuscunque modi id esset, non modo improbare, sed etiam vehementer oppugnare, videlicet ut hac arte solus inter philosophos sapiens haberetur.*

*Quod est igitur huins reprehensionis, quam inslituit, initium? Cum de summo bono, inquit, agitur, in nomine ipso nulla, in re, magna solet esse dissensio: vulgus enim & homines eruditæ communiter vñlacoꝝ, id est felicitatem nominant. sed cum quid ea res sit, queritur, magna contentione, & opinioni altercatione inter se communiter omnes rixatur. Et sum-*

*matim quidem docendi gratia sententie de summo bono ad duo genera reuocari possunt: quedum enim fuerunt ignobiles & obscure, quedam illustres & celebates, & magnis argumentis defensæ. Prioris generis est, ut sauitas, que agrotis: ut diuinita, que auris: ut eruditio, qua indoctis summum bonum videretur. Unde Horatius ex opinione vulgi ait,*

*Lib. I. Epist.*

*2 Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil  
Diuinitæ paterunt regales addere maius. Item,*

*- omnis enim res,*

*3 Virtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris  
Diuinitus parent: quas qui construxerit, ille  
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam rex:  
Et quicquid voler, hoc veluti virtute paratum  
Sperabit magna laudi fore.*

*satyr. 3 lib. 2.*

*4 Philosophi vero quondam apud Græcos summa in admiratione fuerunt, sicut Magi apud Persas, & sacerdotes apud AEGyptios, cum ea sentirent & dicerent, quæ longè essent ab imperitorum hominum intelligentia sensuque disiuncta. Posterioris generis sententie, quæ in aliquo honore fuerunt, tres memorantur: prima voluptatis, secunda honoris, tercua idea, s quæ Plato multis locis appellat bonum per se, & causam omnium bonorum, in eâque felicitatem hominis ponit, cum animus vinculis corporis solitus, in celo aeterna sapientiae contemplatione perficitur.*

*5 Et sigillatim quidem, ait Aristoteles, sententias hominum colligere & recensere infinitum sit, fortasse etiam inane: quot enim homines, tot sententiae: ut quisque est affectus, ita suis moribus convenientem felicitatem fingit, Charea in amore, Gnato in ventre, Thraso in honore, Cræsus in diuinitate, Diogenes in mendicitate: itaque questio illa de finibus bonorum & malorum, inter homines adeò controversa fuit, ut Marcus Varro diligens antiquitatis investigator animaduerterit ad ducetas octoginta octo sectas, nō quæ iam essent, sed quæ esse possent, produci, ut scribit Augustinus: cuius Lib. 19 decimatione de tanta confusione & vanitate opinionum verba sunt. Innumerabiles dissensiones philosophorum quis inquam populus, quis senatus, quæ potestas, vel dignitas publica impiæ ciuitatis, diiudicandas, & alias probandas, alias improbandas, repudiandasque curauit? ac non paſsim sine villo iudicio confuse habuit in gremio suo tot controversias hominum dissidentium non de agris & domibus, vel quacunque pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut misere visitur, aut beatè? ubi et si aliqua dicebantur, tamen & falsa prorsus eadem licentia dicebantur: ut non frustra talis ciuitas mysticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon autem dicitur b. y.*

*uit. Dei.*

*Eodem libro.*

confusio: nec interest diaboli, qui rex est eius ciuitatis, quam contrariis inter se rixentur erroribus, quos merito multe vanaḡ impietatis homines pariter possidet. Admonet igitur hoc loco diuini Augustinus, quod nos postea etiam clare docebimus, philosophorum felicitatem, diabolica felicitatem esse: unde parum conuenit Christianis, cum veram beatitudinem à Deo diuinisque libris declaratam & expositam intellexerint, prophana istam, & ut ait Augustinus, diabolica felicitatem cum diuina permiscere atque confundere. Sed pergamus ad alia.

7 Deinceps facit digressionē de his, quae in arte dialectica praeципi docerique, in philosophia morali, sicut reliquis artibus, non doceri quidem, sed fieri tantū debuerūt. Quarit de Methodo totius huius operis Ethici, quae & qualis futura sit: cuius institutionis declarāde gratia Methodus duplex ex autoritate Platonis confirmatur: una à principiis ad fines, id est, ut Aristotelei interpres ait, à causis ad res effectas: Altera superiori contraria à finibus ad principia, id est, ab effectis rebus ad suas causas: & utraque conficitur similitudine stadiodromorum, qui & à carceribus ad calcem, & à calce ad carceres decurrent. Plato autem de ratione docendi in Philebo, & in Phaedro hoc praecepit, ab universis & generalibus rebus ad subiectas partes progrediendū esse, quō facilius tota res doceri percipi posse: quibus tamen in locis neque diuisio Methodi, neque similitudo ista est.

8 soluit autem Aristoteles propositam questionem distinctione rerum notarum, quarum aliae dicuntur nota & perspicue nobis, ut singulares, qua ad sensus nostros perueniunt: aliae natura & simpliciter, ut genera & species, qua sola mente & cogitatione continentur. Ab illo autem priore genere rerum, quae sunt nota nobis, se affericari velle pollicetur, cum tamen contrā omnino faciat: summum enim bonū primum ex causis inquirit, id est, mente humana & actione virtutis, in quibus maxima vis ad beatę viendum sita illi videtur: deinde species virtutum, quae nos ad beatam vitam ducunt, via & ordine exequitur: & à generalibus ad specialia descendit. Quare ne dubitent Aristotelei vel definitiones illas rerum notarū huic loco repugnantes retractare: vel si pertinacius tueri ac defendere volent, exemplo totius operis authorem hunc inconsiderata levitatis condemnare, qui retrouersus, ac prorsus aliter atque instituit, docēdo processerit, & à generalibus causis principiisque beata vita ad res speciales universam disputationem deduxerit. 9 sed nescio quomodo Aristoteles à digressione in digressionem digressus relabitur in superiorē errorem de idoneo & non idoneo auditore huius artis. Idoneum autem duplē describit tribus primis verbis Hesiodi. Aut enim quid faciēdū fugiendumque sit, per se no-

uit, aut recte consulētibus facile obsequitur: & reliquis duobus verbis quis non sit idoneus, ex contrario indicat, qui videlicet neque recta viuendi viam nouit, nec bene monentibus paret: Cuius poeta sententiam T. Luivius expressit his verbis, Sæpe ego audius, milites, eum primum esse virū, qui ipse Libro 2. consulit, quid in re sit, secundum eum qui bene monenti pareat, qui nec ipse Decad. 3. consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse. Et Cic. pro Cluetio, Sapientissimum dicūt esse eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in metem, proxime accedere illum, qui alterius bene inueniēt obtuperat. Zeno autem Strocius hanc sententiam per antistrephon sic immutauit, ut Diogenes ait,

Lib. 7.

Kōvōs ἡ ταῦτα οὐδὲ τίθενται:

E'θλος δ' αὐτὸν καὶ καῦσος, οὐδὲ τὰῦτα νόηση.

Ille quidem optimus, qui recte monenti paret.

Bonus &amp; ille, qui per se nouit omnia.

Præstantiorem enim eum putabat, qui rectis aliorum monitis obtuperaret, quam qui suoperte ingenio quid optimū esset, in quoque re perficeret: in hoc enim tantum esse laudem intelligentiae, in illo etiā præclararam cupiditatem scientia & doctrina: hoc igitur quarto capite apparatus quidam est ad proximam refutationem, & due digressiones: una de methodo, aliena, & cui proprius in dialecticis preceptis locus est: altera de auditore plane absurdā, & cui sensus, ratio, veritas ipsa denique reclamat.

Sed nos ad id unde sumus egressi, redeamus: i ratio Cap. 5. degendae vitæ à multis hominibus inducta non abs re vulgus & otiosissimos homines in eam opinionem adduxit, ut voluptatem summum bonum esse putent. Itaque vitam deliciis affluentem, & voluptatum plenissimam diligunt: sunt enim tria genera vitæ, quæ digna videntur esse maximè, in quibus homines studium ponant, hoc primum voluntarium, cuius modò mētionem fecimus: secundum ciuale, tertium, quod in scientia & cognitione versatur. Ac imperita multitudo factis & moribus ad mancipiorum conditionem proximè traducta, belluarum more & ritu sensuum & corporis voluptates immanissimè consecutatur, & hac potissimum in b. 19.

ducta ratione, quod plerique principes, et in imperio constituti, eadem mollitie diffluunt, qua quidem rex Assyriorum Sardanapalus: <sup>3</sup> urbani vero et ciuilibus officiis implicati, gloria et honore beatam vitam metiuntur, propterea quod in obeundis muneribus Reip. consilia studiaque clarorum hominum ad laudem, ut amplissimam rerum bene gestarum mercedem reuocantur: sed tamen latius patet gloria, quam id summum bonum, quod querimus: <sup>4</sup> neque enim solum ad eos peruenit, qui coluntur, sed multo magis ad eos, qui colunt: Summum autem bonum (ut opinor) proprium est hominis beati, <sup>5</sup> atque ita constans et stable, ut ab eo vix auferri queat: <sup>6</sup> præterea ciues ingenui ideo cupidissimi sunt laudis et gloriæ, ut aliis se viros bonos esse persuadeant. Itaque testimonio sapientium laudatorumque hominum propter virtutes celebrari cupiunt: ex quo satis constat eorum iudicio, virtutem esse laude præstantiorem, in qua constituendus potius videretur ciuilis vita finis: <sup>7</sup> sed et ipsa multo imperfectior est, quam ut summum et absolutum bonum appellari debeat: <sup>8</sup> fieri enim potest ut is, in quo virtus insit, dormiat, aut honesta rationis officia penitus in vita deserat, <sup>9</sup> multa etiam acerba et grauia patiatur, et in maximas calamitates incidat: at quisquis ita fuerit affctus, eum nemo, nisi qui propositum aliquod in schola altercado tueatur, felicem, beatumque dixerit. Sed hæc ipsa nunc omittamus: de his enim copiose disputatum est in his libris, quos èykuñib[us] inscripsimus. <sup>10</sup> Tertiū ge-

nus vitæ positum in contemplatione et scientia rerum deinceps nobis considerandum est: nam quod ad quaestuosorum, et lucro deditorum hominum vitam attinet, hi solent aliis auferre per vim, atque vndique rapere: nec in diuitiis sita est, quam querimus, beata vita: has enim solis emolumētis homines metiuntur: nec propter se, sed propter adiunctam speciem utilitatis expectunt. Quare potius in predictis rebus voluptate, gloria, virtute, quas propter se diligimus, quam in diuitiis, quas propter utilitatem optamus, finis bonorum querendus nobis esset: nec tamen in illis est, quanuis ad eā confirmationem multæ rationes allatae fuerint.

Sententie de summo bono (sicut paulo ante monuimus) sic commode et apte ad intelligentiam diuidi possunt, ut aliae dicantur ignobiles: quæ quoniam eruditis hominibus improbables sunt, et per se levitate sua refelluntur, ab Aristotele sine illa reprehensione neglectæ pratermissæ sunt: aliae vero magis probabiles et illustres sint, et à multis retentæ et defensæ, quæ ex autoritate triplicis vita tripartita diuiduntur, ut prima sit voluptatis, que voluptuosorum: secunda gloria, que ambitiosorum: tertia contemplationis, que Platonicorum patrocinio defenduntur.

1. Voluptas multos patronos habet, qui existimant hæc nobis insitam inesse notionem, ut voluptatem natura duce sequamur, dolorem fugiamus: hi sunt plebei et imperiti, qui cum sensibus et corpore tantummodo valeat, quasi sint expertes animorum, solam corporis curam gerunt. Magnum hoc quidem est argumentum, quod à primis inuitamentis nature ad amorem voluptatis rapiuntur: 2. sed eandem quoque opinionem magis auget et confirmat authoritas clarorum et illustrium principum, quos in deliciis, et in confertissima omnium voluptatum varietate vitam degere vident: ita exemplis horum facile se in eandem erroris similitudinem illabi et deduci patiuntur: ut hoc verissime à Platone sit dictum, quales in Republica principes sint, tales reliquos solere existere ciues. Talis fuit Sardanapalus Anacyndaridis, vel (ut alijs scribunt) Anabaraxis filius, postremus rex Assyriorum vir muliere corruptior, quem inter domesticos scortorū grec.

ges muliebri habitu pensa trahere, & puellis omnibus mollitie corporis, & oculorum lascivia præcellere solitum, memorie proditum est: cuius fama & exemplum non modo Assyriam, sed Graciam & Barbariam ad eandem virtutem rationem concitauit. huius epitaphium apud Ciceronem è Gracis conuersum legitur, in quo gloriatur secum se omnes Assyria voluptates abstulisse:

Hæc habeo, que edi, queq; exaturata libido

Hausit: at illa iacent multa, & præclaræ relicta.

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bonis, non regis sepulchro inscriberes? Sed voluptatem dimittamus: nam si bestiæ loqui possent, eam propriam suis generis esse dicerent.

3 Secunda opinio de honore ab iis inducta est, qui se ad Rem publicam administrandam conferunt, cupiuntque ex rebus bene gestis immortalē gloria fructum consequi: Unde Virgilianum illud  
-sed famam extendere factis

Hoc virtutis opus. His persuasum est omnia consilia, cures, Vigilias, cogitationes, facta omnia ad gloriam nominis famamque referri oportere, ipsam vero gloriam nusquam: sed tamen honos in summo honorū gradu non est, ut Aristoteles tribus argumentis confirmat, quæ quo facilius intelligantur, disponenda nobis sunt: Primum sic,

4 sumnum bonum proprium est eius, in quo inest:

Honos non est proprius hominis, cui desertur: quia etiam in honoreante:

Honos igitur est non sumnum hominis bonum.

Ratio assumptionis admodum leuis est: non enim laus ea, que viro bono desertur, in eum qui desert, reciprocatur: nec qui laudat alium, partem eius laudis, quam imparitur, sibi vendicat: sed qui laudat, ab obsequio & officio: qui vero laudatur, à virtutibus & rebus bene gestis laudem consequitur. Itaque tam proprius est eius, qui colitur, honoros, quam propria virtutes eius sunt, propter quas colitur.

5 Secundum autem argumentum sic:

Sumnum bonum eripi non potest:

Honos eripi potest:

Honos igitur non est sumnum bonum.

6 Tertium & Ultimum sic:

Sumnum bonum ad aliud non refertur:

Honos refertur ad aliud: expeditur enim virtutis causa:

Quare non est honorum sumnum bonum.

Quid autem Aristoteles? Honorarine cupit vir politicus, & Reipub. de-

Tusul. 5.

Libro 10.  
Aeneid.

ditus, ut bonus esse videatur? At ille (ut tute modo dixisti) felicitatem suam metitur honore & gloria populari. Quod si ita est, virtutem ad laudem, non laudem ad virtutem referri putat oportere. Idq; præclarè politicus ille Cicero confirmat: Nullam, ait, virtus aliam mercedem laborum, periculorumque pro Archia desiderat, præter hanc laudis & gloriae: quæ quidem detracta, judices, quid poeta. est quod in tam exiguo vita curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exercemus? Et alio loco, Itane vero tantis in laboribus Caius Marcius pe Pro Rabirio. ridiculisque vixisset, si nihil longius quam vitæ termini postulabant, spe & animo de se & gloria sua cogitasset? at credo cum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempub. liberasset, omnia sua secū vna moritura arbitrabatur: non est ita, Quirites, neque quisquam nostrum in reip. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructusque ducatur. Declarant idem rerum publicarum conditores, legumque latores sapientissimi, qui ciues suos premio & laude ad studium virtutis incitabant: quo arguento finem virtutis iudicabant potius honorem sibi fuisse, quam contraria, honoris virtutem. Et de honore quialem hactenus.

7 Oblata autem digressionis occasione breviter de virtute, cum ea refutanda minime sibi proposuisset, disputat tamē Aristoteles: in qua negat positam esse beatam vitam, idemque scribit lib. 10. huic operi: sed tam inconsiderata est rationum levitas, ut permixtum sit, tam stultas incepta ei philosopho in mentem venisse, qui solus in philosophia regnare velit: rationes eius simpliciter ac separatim disponam, & ad singulas ex ordine respondebo: Prima igitur est,

8 sumnum boni in dormiente, aut nihil in vita agente esse non potest:

Virtus in dormiente, aut cessante inesse potest:

Virtus igitur non est sumnum bonum.

secundum caput tue propositionis quod sumus nihil agentem beatum esse non posse) tibi assentior o Aristoteles, ne pigros & desidiosos de beatâ vita bene sperare iubeam: sed illud primum vereor ut tibi audeam concedere: Virtus enim quemadmodum cessare posset in homine, qui sit eius compos & particeps, non intelligo: an quia in somno suas actiones intermitit? at ne in vigiliis quidem liberalitas assidue dabit: nec fortitudo sine ulla intermissione in periculis magnis & arduis versabitur: nec tamen ob eam causam virtus harum otiosa erit, praesertim si cum res & tempus postulabit, officio fungatur suo. Itaque neque vir liberalis quandiu vigilabit, tantiū maximum ad crumenam admouebit, ut perpetua & assidua largitione liberalitatis laudem retineat: nec vir fortis gladium semper euaginatum, & hostibus obiectum tenebit: sed si cum opus fuerit, vel ille largiatur, vel hic se

periculis dedat, neuter horum cessator, sed diligens & studiosus virtutis existimabitur. Quid igitur potes adferre, quamobrem virtus in homine cestet, & prorsus ab omni munere vacet? aut quia multis presidiis & adiumentis eget: incident autem aliquando tempora eiusmodi, ut his omnino destituta sit? ut virtus præter se & vires suas nihil requirat: sapientia enim ars bene vivendi in se tota conuersa est, nec (sicut relique artes) ad se tuncdam externis adiumentis indiget: quod, ut copiose, sic Christianæ religioni conuenienter & aptè à Stoicis disputatum est, à quibus Aristoteles vehementer hoc loco vexatur, & dormire somniaréque dicitur, quod actio virtutis tota animo contineatur, non corporis aut fortune instrumentis: & finis perfectioque virtutis in hominis potestate sita sit, non in euentu fortuna. At non potest, inquires, liberalius esse, cur facultates defunt: imò vero pauperrimus idem & liberalissimus esse potest: & hac virtus nō in arca, sed in animo est: firmaque largiendi & constans voluntas, liberalitas à sapientibus hominibus vere iudicatur, non ipsa plumbeorum vel aerorum nummorum suppeditatio. Quamobrem prima illa Aristotelis ratio de virtute iaceat prorsus ac intereat neesse est. 7 secunda autem nihilo languidior & imbecillior apparebit: quam sic argumentatione perficiam facere licebit:

Summum bonum non potest esse in miseriis:

Virtus potest esse in miseriis:

Virtus igitur non est summum bonum.

O mirificum atque egregium disputatore! quis enim ex tot collegiis & sodalitiis philosophorum tibi dabit virtutem esse in miseriis, præter tui similes, qui te superstitionis, quam par est, admirantur? ne Epicurus quidem, & tota illa Epicureorū familia, quanvis sit mollis & effeminata, tibi dabit: cest enim Epicurus sapientem in maximis doloribus dicturū esse, Quām hoc suave est, quam nihil euro: tantamque esse vim virtutis, ut si malis omnibus urgeatur, tamen ne vel tantillū quidem de sua grauitate & constanza posset amittere. Quid cœsē facturos esse stoicos, à quibus sapiens iudicatur, quem neque fortune temeritas, neque illa hominū labefactare posset iniuria? in hoc certè gradu tibi fortiter & viriliter resistent, nec te de virtute tam ineptè balbutientem ferent. Quid, inquires, nonne virtus calamitibus obrutur? imò vero, ut illi sapienter ac verè dicunt, in taurum Phalaridis beata & florens descendet, in eculeū ascendet, in igne fulgebit: & quod grauiora erunt supplicia, qua inferentur, eo beatior & glorioſior virtus existet. Itaque vir bonus in summa laude gloriāque versabitur, si crucietur ac torqueatur: quod præclarè ante Aristotalem socrates in Eutidemo admovit, ut virtus & sapientia causa non solum incommodum, iacturam, do-

lorem, seruitutem patiamur, veruetiam morte, si ea nobis profutura sit: nōisque tortoribus dilaniandos ac dissipando omnino dedamus: plane vero nobis Christianis sit impium, non hanc Aristotelis sententiam damnare, cum in nostra religione nihil gloriosius feliciusque sit martyrio, cruce, incendio, ceterisque palmaris tormentorum coronis, qua Aristotelis mundana, id est, ut diuus Augustinus ait, diabolicalam felicitatem sectanti, calamitates & arurnae & miseriae videntur. Tertia opinio de idea restat, ad quam Aristoteles delatus repente alio diuertit, similiterque facit, atque hi, qui adiunctorum aliquod ingressi, inde pede illico referunt, sed quo tandem abit? ad diuites & questuosos, qui diuitias, qui opibus, qui magna auri & argenti copia se beatos ac felices arbitratur: quos duobus argumentis refellit. Primū est tale:

Vita beata non est violenta:

Vita questuosorum & diuitium est violenta:

Vita igitur questuosorum & diuitium non est beata.

Nullum enim facinus tantum est, ad quod suscipiendum non impellat auaritia. *virgil. de Thracum rege, -Polydorum obruncat, & auro*

*Aeneid. 3.*

Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra famæ?

Secundum argumentum ita concluditur,

Felicitas propter aliud expeditur nunquam:

Copia diuitiarum propter aliud expeditur:

Copia igitur diuitiarum non est felicitas.

Et rectissime quidem mihi videtur Aristoteles voluptatem, honorem, virtutem, diuitias à vera & perfecta hominis felicitate exclusisse: ha siquidē quatuor partes sunt falsa & impia felicitatis, quam si melius loqui volamus, infelicitatem decet appellare: quas cacodæmon peritisimus & grauiissimus impietatis magister discipulis & sectatoribus suis proponit, ut deliciis voluptate, ambitionis gloriam, vanis sapientibus huius mudi virtutem mundanam, auaris opes: atque ita subtilissimus & callidissimus ille doctor sece ad unius cuiusque hominis ingenium, naturam, mores accommodat. sed tamen in animaduertendis alienis erroribus tam multos ipse Aristoteles commisit errores, ut nihilo deterior & stultior sit eius oratio, quam res & sententia eius oratione refutata: sitq; longè satius philosopho contra alios nihil dicere, quam in aliis reprehendendis tam multa maiore comprehensione digna dicere.

<sup>1</sup> Itaque de his omittamus dicere: nam fortasse magis Cap. 6. expedit vniuersum, & reliquis rebus commune bonum

considerare, & quomodo ab aliis dicatur, diligenter inquire: <sup>2</sup> verum cum difficultis & molesta nobis sit huiusmodi questio, propterea quod nobis amici sunt, qui species introduxerunt: tamē hoc æquitatis est, fortasse etiā cuiusdam necessitatis, ut hi præsertim qui philosophantur, veritatis tuendæ gratia suas etiam sententias mutent, & refellant: quanuis enim & earum authores, & veritatem ipsam venerādam & colendam putemus, plus tamen veritati, quam authoritati concedere in philosophia sanctum præclarūmque iudicamus. <sup>3</sup> Primi authores huius sententiæ atque opinionis non fingeant species, in quibus prius esset aliquid & posterius: itaque ne in numeris quidem speciem ponebant: atqui bonum dicitur & in substantia, & in qualitate, & in eo quod cum alio mutua relatione cōparatur. Quod autē sua vi naturāque cōstat, substantiāque est, natura ordine prædit, id quod in comparatione & relatione quadam spectatur: hoc enim quod ad aliud refertur, quasi propago & surculus quidam est nō solū substantiæ, sed eius etiam rei ut qualitatis, aut quantitatis, quæ substantiæ accidit: quare his tam distinctis diuersisque generibus una communis species non conueniet. <sup>4</sup> Deinde cum vis ipsa boni tam latè pareat quam naturæ: dicitur enim bonū in substantia, ut Deus: in qualitate, ut virtutes: in quantitate, ut modicum: in relatis, ut vtile: in tempore, ut occasio: in loco, ut habitatio: & in aliis rebus eadem ratione satis appareat generale quidpiam à tam disiunctis generibus communicari non posse: non enim in omni-

bus categoriis, sed in vna sola diceretur. <sup>5</sup> Præterea cum eorum quæ ad vnam communem speciem referuntur, vna solū sit cōmunis scientia, ut omnia bona vnius scientiæ legibus & terminis contineantur necesse est: atqui in vna atque eadem categoria, quædam diuersis artibus & disciplinis explicantur, ut occasio, in bello quidem sciētia militaris: in morbo, medicina: & modus, in alimento quidem medicina: in laboribus verò, palæstra. <sup>6</sup> Sed querat aliquis, quid tandem sibi velint, qui species instituit, cum vnuquodque ipsius nomine vocat? Ad ipsum nanque hominē & hominē vna atque eadē pertinet hominis definitio: neque inter vtrunque quatenus homo est, vlla est dissimilitudo: quod si ita est, neque bonum, quia bonum sit, ab alio ratione discrepabit. <sup>7</sup> sed neque quia sit aeternum, ideo magis erit bonum: quemadmodum neque res candida, diuturnitate temporis fit candidior, quam ea quæ vno tantum die candida fuerit. <sup>8</sup> Ac mihi videntur Pythagorei magis ratione congruenter sensisse, qui vnum in ordine bonorum ponunt, quos sequutus est Speusippus, nepos & discipulus Platonis: verū hæc in aliam disputationem rei cienda sunt. <sup>9</sup> Quæ autem diximus, aliquā dubitationem adferunt, quod non communiter de omnibus bonis antea loquuti sumus. Nam cum plura sint genera bonorum, vnum eorum dicitur, quæ propter se expetuntur & amantur: quæ verò hæc efficiunt, aut conseruant, aut contraria repellunt, ab illis per se bonis hoc ipsum assequuntur, ut bona, quanuis tamen dissimili ratione, nominen-

tur: ut satis perspicuum sit bona bifariam distribui in ea quæ per se, & in ea quæ propter illa, bona sunt. Ut igitur bona per se consideremus, & ab utilibus sciungamus, videndum est, an illa in unam communem speciem includi possint. Nemo bona per se nō dixerit, quæ à reliquis bonis separata semotaque sequimur, cuiusmodi sunt sapere, & videre, & voluptates aliqua, & honores: hæc enim quanuis interdum propter aliud experamus, tamen bona per se dicenda sunt, aut nihil præter species erit in bonis. Quare videbitur inanis species, neque vniuersa & communis causa, cur omnia bona sint.

<sup>10</sup> Quid si sapere, & videre, & cætera generis eiusdem ponuntur in bonis propter se expetendis, his omnibus unam communem boni definitionem necesse est accommodari, non secus atque in niuem & cerussam vallet una communis ratio candoris. Atqui honori, prudenter, voluptati, variæ definitiones attribuuntur, hoc ipso quid bona sunt: quare bonum communiter una specie minimè cõtinetur.<sup>11</sup> At quonam modo his prædictis rebus una communis species esse dicitur? non enim similis est iis, quæ casu aliquo in eandem appellationem venerunt: an quia ab uno bona manant? an quia ad unum referuntur omnia? an potius similitudine quadam inter se consentiunt? ut enim in corpore visus, sic in animo mens, aliudque in alio:<sup>12</sup> sed hæc fortasse subtilis & accurata tractatio quoniam ad aliam philosophiæ partem spectat, hoc tempore nobis omittenda est.<sup>13</sup> Eodem modo de specie boni iudicandum est, quo de bonis pro-

pter se expetendis: nam si quod est unum bonum, quod communione quadam sub se reliqua bona cõlectitur, aut si quod est per se bonum ab aliis sciunctum, id nec in actionem hominis, nec in possessionem omnino caderre potest. Nuc autem id à nobis inquiritur, quod homines & facultate consequi, & officio præstare possint. Sed fortasse putabit aliquis speciem boni utilem esse ad actionem & adeptiōem omnium bonorum, ut si eam tanquam aliquod exemplar intueamur, certius & facilius quæ sunt nobis bona, perspiciamus: & cum perspecta nobis fuerint, studio & industria consequamur.

<sup>14</sup> Hæc quidē sententia quanuis omnino absurdā nō sit, tamen videtur cum disciplinis & artibus pugnare, quæ cùm ad aliquod bonum referantur, & si quid desit, semper idipsum requirant & vestigent: omnes tamen illius communis speciei scientia & cognitione se carere facile patiuntur: atqui non est probabile eam, si tantopere iuaret, ab artificibus aut prorsus ignorari, aut omnino negligi.<sup>15</sup> Exoritur etiā talis quæstio, Quid adiumenti textor aut faber habiturus sit, si ipsum bonum quod est omnibus commune, cognoscat? an aliqua ratione medicus illustrior, aut imperator nobilior extiterit, qui ipsam speciem boni scientia & cognitione cōprehendere? Videtur enim medicus non hac communi boni contemplatione spectare sanitatem, sed hominis, aut certè potius huius atque illius, cùm medelam singulis hominibus adferat.

1. De tribus excellentibus propositis sententias duas reprehædit: *Vnam de voluptate, alteram de honore: quibus duas alias, quas nō proposuerat, interposuit, de virtute & diuitiis.* Tertia sequitur à Platone sumpta, qui beatam hominæ vitam ponebat in contemplatione & perfecta cognitione Dei, quem Ideam primam, & bonorum omnium causam nominabat, ut Aristoteles ipse testis est cap. 4. cùm dicit, *Quidam verò prater hæc cōplura bona, aliud quoddam per se esse putant, in quo satis est cause, cur cetera bona sint omnia.* quam sententiam Plato multis locis usurpat, ut cùm disputat in Parmenide, *Vnum esse rerum omnium principium extra omnia, & tamen in omnibus, ex quo, & per quod omnia sint, & quo referuntur omnia: & in cōuiuio, Quarecumque esse illud pulchrum, quo nihil sit pulchrius, & quod alii pulchritudinis sua dignitatem largiatur: & in Ultimo de Rep. Puram sapientiam non alibi reperi possit, quam cùm ad Deum homo, unde profectus est, reuersus fuerit: & in Phedone, sic vitam nostram esse instituendam, ut minimum nobis sit cum corpore commercij, ut puri & integri, cùm Deus nos hinc migrare iussit, in calo cum similibus, id est, cum puris & integris versemur. Quod cùm Aristoteles sciret, qui Platonē annos Viginti audierat, prudens tamen & sciens sanctissimam sententiam cùm captiosis, tū impius calumniis labefactare conatus est: & quidem tam manifestus caluniator & impius hic est, ut in ipsis casis à suis militibus Themistio, Simplicio, Eustratio, (sic enim eius interpretes, id est, pertinaces vel in erroribus defensores appellantur) egregius imperator deseratur: & tam caco impietatis criminis tacite damnetur. Quid igitur ait Themistius? Aristoteles perpetuo contradixit in specie quadam fallaci, id est, sophistice captioseq; disputauit. Quid Simplicius? Aristoteles de Ideis potius ad verba, quam ad sententiam argumentatur. Quid Eustratius? Posit aliquis Aristotelis iure obiicere, Videris, o Aristoteles, de industria: quippe qui amicus & discipulus Platonis extiteris, aduersus opinionē de Ideis adeo fallaciter & captiose disputasse, ut ex eo quod nihil dicturus eras, quod ad euertendā de Ideis sententia valeret, ea confirmares magis atque stabilires. Hæc sunt Aristoteleorū de Aristotlele iudicia. Quid Christianos authores, id est, veraces, sanctos, & religiosos contra mendacia ista proferam? atque imprimis theologorum principem Augustinum? Ipsi, inquit, verum & summum bonum Plato dicit Deum, unde vult philosophum amatorē esse Dei: ut quoniam philosophia ad beatam vitam tēdit, fruens Deo sit beatus, qui Deum amauerit. Quicunque igitur philosophi de Deo summo & vero ista senserūt, quod & rerum creatarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonū agendarum, quod ab illo nobis sit & principiū naturae, & veritas doctrina, & felicitas vi-*

te, eos omnes cateris anteponimus, eosdémque nobis propinquiores fatemur: quem locum tamen sic ipse postea retractauit, non quod hanc sententiā improbare, sed ut admoneret philosophis ethniciis de religione nihil temere credendum esse. Idem alio loco, Cum philosophorum alijs summum bonum in corpore, alijs in animo, alijs in tropo posuerint, sed ut omnes platonici, qui non dixerunt hominem beatum fruente corpore, vel fruente animo, si frumentum Deo: nō sicut corpore, vel seipso animus, aut sicut amico amicus, sed sicut luce oculus fruitur: quamobrem non solum Aristotelis confessione, sed Christianorum virtute Aristotelis impietas hoc loco grauiſſime notatur, Platonisque sententia ab Aristotelis calumniis vindicatur.

2. At quā eruditus est Aristoteles artificio simulationis ac dissimulationis, quā infuscatus, quā fallax, quā fucatus, quā dissimilat̄ peruersus ac malevolus Academicus initio videri vult, & Platonis preceptoris sui gratiā amittere, quā veritatis patrocinij descerere se malle simulat: magnifica certe & nobili philosopho digna sententia. Sed quomodo veritatē suā potest Aristoteles, qui Deū contemnit, irridet, de medio rerū tollit: qui tamen solus veritatē hominibus largiri & inspirare potest? Verum, ut apertus fraus ista Aristoteles dissimulationis detegatur, Analysis dialectica nobis est videntum. Nam si quæstio totius disputationis ponatur, argumenta Aristotelis cernantur, argumentationes considerentur, hac dialectica luce multa falsa, multa aliena, multa inconsequentia, omnia penè impia cognosci atque estimari poterūt. Platonis sententia fuit diuinā quādam & humanam Ideam esse, & diuinam quidem sapientiam Dei, & exemplar Deo propositum appellat, quo cuncta creata, factaque sunt: humanā verò Ideam vocat speciem, & notionem in mente hominis impressam, quæ primum cōfusior & obscurior est: paulatim verò vna cum atate clarior & illustrior efficitur: hominis autem felicitatem definit vera & perfecta sapientia Dei, quam nemo in hac mortali vita consequitur, sed post mortem, cū fruitur presēti & explicata cognitione, & ut theologi loquuntur, visione Dei, qui priuilegio quādā nominis dicitur bonū, quia sit summū bonus, & fons & origo bonorū omniū, ut cum Platone sacra litera cōfirmant & testantur. Quid à philosopho de beata vita aut verius, aut sanctius requiri potest? Aristoteles cùm in Platonem, cùm in Deum impius, Platonem malitiose calumniatur, & improbè Deum contemnit, quia in tota hac disputatione modo contra diuinas Platonis Ideas differit, modo contra humanas rerum perceptarum notiones in animis nostris impressas: cōtra verò quæstionem nihil dicit. Quæstio igitur hoc loco existat, An Idea boni, id est, sapientia Dei, sit summum hominis bonum: in qua totius controversie cardo veri.

sabitur. 3 Primum Aristotelea contradictionis argumentum ex Idearum circumstantia ducitur, unde fit syllogismus simplex primi generis:  
In quibus est prius aliquid & posterius, in his non est communis Idea:  
In bonis est aliquid prius & posterius:  
Bonorum igitur non est aliqua communis Idea.

Aristoteles statim ab initio tergiuersatur, & res alias agit: expectabat ab eo ut diceret beatam hominis vita non esse in sapientia Dei: verum omissa questione disputationem à Deo, & diuinis Ideis ad humanas notiones captiose deflectit: sed tamen mos ei gerendus est, ut quocunque vocet, sequamur. Platonici decretum quod ipse sumit, ad generales notiones, que humana cogitatione comprehenduntur, pertinet, in quibus nihil potest esse prius & posterius, quod omnia que sub aliquo genere sunt, ex aequo generis naturam sibi vendicat. Quod vero ex Platonis testimonio nullam numerorum Ideam esse dicit, falsum & commentitium planè est: nam Plotinus Platonorum summus in libro de Ideis & ente contrarium affirmit, ubi docet omnium rerum que in mundo sensibili secundum naturam sunt, Ideas esse diuinias, quintam qualitatem & quantitatem qua secundum naturam sunt, in quibus nominatum numerum constituit. Sed cetera attendamus: In bonis autem est aliquid prius & posterius, quomodo? Nam bonum in categoriis singulis est, ex quibus substantia qualitatem, & qualitas relatione procedit. Esto, inquam, simplices rerum natura primum nobis cogitantibus occurrit: deinde mutuus inter se affectionibus conferantur: prius sit substantia quam qualitas, prius qualitas quam relatio: quid tu? an propterea fieri non poterit, ut omnia que sunt, unius naturae communicatione contineantur? & que una cogitatione priora posterioraque sunt, alia ratione, ad communem originis sue fontem & tanquam caput referantur?

4 Virget Aristoteles, & id fieri non posse contendit, preclaro illo categoriarum suarum commento:

Categorias nihil habent commune & uniuersum:

Bona sunt in singulis categoriis:

Bona igitur commune quidquam & uniuersum non habent:

Taceo questionem initio positam hac argumentatione minime concludi, & rursus hoc loco de humanis Ideis, non de diuinis agi: hoc enim alieni vitium in hac refutatione frequens est: sed propterea & fallacis hominis captiuncula, quas obtendit Platonis, nobis expedienda & tollenda sunt. Plato non dicebat unum bonum esse genus omnium bonorum, sed unum esse commune & uniuersum bonum, nempe Deum, à quo essent omnia bona profecta, & quod spectarent omnia. Aristoteles sententia Platonis sophistice tra-

ducit ad categorias suas: in quo dupliciter reprehendendus est, & quod sententiam Platonis de uniuerso bono male & peruerse interpretatur: & quod categorias suas tamquam uulgares doléas, id est, catholicas dialectica doctrinæ sententias nobis obtrudit, que commentitiam dialectica inuentionis & sophistica confusionem continent: nec tamen in hac confusione sequi potest, ut nihil sit omnium bonorum commune: Ens enim Platonici id ipsum commune esse contendunt, in cuius ratione & natura omnia que sunt, ex aequo conueniunt. Itaque sanctissimum & verissimum Platonis decretum contra calamitas Aristotelis facile defendunt.

5 Transeamus ad tertiam refutationis huius partem: syllogismus simplex est secundi generis, hoc modo:

Eorum quae habent unam Ideam, una scientia est:

Bonorum non est una scientia: quia multæ sunt artes & scientiae bonorum: Quare bonorum non est una Idea.

Menimit tandem se à proposito aberrare: contra diuinam Ideam aliquid dicere instituit, ne cum tamen questionem concludit propositam de beata vita, sed contra doctrinam Idearum communiter disputat: Multæ sunt speciales scientiae bonorum, ergo non est una uniuersa: Hac sophistica captio est: possunt enim multæ speciales esse rerum scientiae, & tamen una velut omnium mater, qualis est sapientia, que primam rerum causam contemplatur, & ad eam res omnes, ut ad finem summum & extremum referunt.

6 Deinceps Aristoteles interrogatiunculis instat: & contra Platonem Ideas suis rebus non homonymas, sed synonymas esse argumento à specie probare conatur:

Idea hominis & imago, id est (ut Plato loquitur) ipse homo & homo, nomine conueniunt, & definitione eadem continentur:

Non sunt igitur Ideas suis rebus homonyme. Platonici negant antecedens, & inter Ideam & rem, idem quod inter Veritatem & Veritatis imaginem discrimen faciunt: inter igitur ipsum hominem & hominem, id est, inter diuinam Ideam hominis & hominem ex materia & forma compositum, quaris Aristoteles, quantum intersit? quatum (inquam) inter simplicem naturam & compositam, expertem materiam, & materiam, per se bonam, & cum bono communicantem, exemplar, & fictam imaginem: Plato enim species rerum omnium in Deo ponebat, ipsamq; Dei sapientiam omnes Ideas complexa esse volebat: quas, cum cause essent ante res omnes creatas in Deo sempiterna, idcirco sibi nomen boni magis vendicare confirmabat:

7 quod postremum ineptissimo similitudinu argumento ab Aristotele confutatur: Quemadmodum, inquit, res alba, quia diuturnior sit, non ma-

gis nomine & natura alboris obtinet, quam ea que uno duxat die fit alba: sic Idea diuina, quia sempiterna sunt, non idcirco magis naturam & nomen boni sibi attribuet, quam res ex ei procreatae, que sunt mutabiles. Ludus, opinor, Aristoteles, & quasi praevaricari in tua causa de industria videris, dum leuiter & pueriliter argumentando Platonis autoritatem magis sartam te- etiam, quod aiunt, à calumnia tueris. Quid enim comparatione tua futilius? quid stultius? quid absurdius? in priore parte res eiusdem speciei, & trinque finita sumuntur: in posteriori altera infinita est, altera finita. Quae potest igitur tam dissimilibus, tamque disjunctis naturis conuenire similitudo? 8 Hic etiam calumniator appellatur Aristoteles, quod sciret à Pythagoreis ideas probatas, & platonica philosophia emulum speusippum fuisse: Pythagoras autem Deum appellabat μονάρχη, id est unitatem, & τὸ ἀρχεῖον, id est bonum. Speusippus Platonis nepos in definitionibus ait Deum esse θεόν ἀρχέργοντα τοὺς πέπονθες θεούς, οὐδὲν οὐδελόγον, τις τὸν αὐτὸν Φύσεως αἰτία πρώτη est, animal immortale, in quo satis sit ad beatā vitam, substancialē sempiternam, & causam natura ipsius boni: unde constat Platonis & Pythagora de Deo, de uno, de Ideis, de beatae hominis vita non dissimilem fuisse sententiam, nec duplē ordinem bonorum & malorum à Pythagora descriptum cum Platonici decretis pugnare.

9 Sed mirum est quam Aristoteles celeste Dei numen & lumen horreat, quam Deum unum animo & cogitatione refugiat, quamq; non modo de mētib; hominum, sed de medio rerum tollere cōtentat: argumētū eius proximum, quod ex diuīsione bonorum nascitur, falsum & impium est:

Ex bonis alia per se, alia propter aliud bona dicuntur, & per se quidem, & sapere, & videre, & nonnullae voluptates, & honores:

Non est igitur unicum per se bonum.

Quid ad hanc argumentationem Platonici respondent? Neque sapere, neque videre, neque voluptate, neque cetera eiusmodi, qua dulgo bona putantur, in bonū per se inesse: quod eiusmodi sint omnia, ut ab Idea diuina generetur, eodemque seratur: Deus enim omnium bonorum fons & author & finis est. At ista tamē (inquis) à philosophis nonnunquā bona per se dicuntur: non nego: sed tūc comparantur tantum cum bonis humanis, non etsam cum diuinis. Itaque cum dūtetur hac diuīsione, ut bonorum alia per se, alia propter aliud expetenda sint, hoc dicunt, bonorum humanorum quādā expeti propter aliud, quedam per se, id est, non propter aliud humanum bonum. Omnia autem que in hominem cadere possunt, ad Deum auctorem referri oportere putat philosophi omnes, exceptus Epicureis & Aristoteleis quibusdā, quorum impietas cum aperta reliquorum philosophorum ratione, tum certa & in-

dubitata Christiana fidei veritate iampridem damnata est.

10 Septimum argumentum proposita refutationis sequitur: & syllogismus connexus secundi modi,  
si haec bona per se sunt, habent communem boni rationem:  
Sed non habent communem boni rationem:

Ergo non est illis communis Idea boni.

Assumptio fallax vel Aristotelis ipsius testimonio cōvinci potest, qui paulo antē bona per se definiebat, que si vel sola sint, ab homine tamē expectantur: qua certē definitio sapientiae, voluptatis, honori, & similibus, que Aristoteles appellat per se bona, communis esse poterit. Et conclusio syllogismi sophistica & nugatoria est, in qua tota & sola assumptio ponitur: debuit enim Aristoteles ex syllogismi ratione concludere: ergo non sunt per se bona: in quo animaduerte quād cēca sit inuidia huīus obrectationis: nā paulo antē bona per se statuit, que nūc non esse syllogismus hic, si ad legem dialectice artis conformetur, concludet, hoc modo:

Si esset haec per se bona, haberet aliquam communē boni rationem:

Sed non habent:

Non sunt igitur per se bona.

11 Relabitur deinceps ad superiorē homonymiam: cūq; Idea à Platone dicatur suis rebus homonyma, quarit ex quo genere sint homonymorum, an quod casu aliquo in eādem nominis societatem veniat? an quod ab uno prodeat? an quod in unum recidat? an quod similitudinis aliqua ratione coniungantur? Platonici illud postremum probat in Ideis diuinis, ad quas ut ad vera exemplaria singulares expressæ factæq; sunt. Itaque ipsam hominem & hominem, id est, Ideam hominis & rem ipsam natura quidem disiungunt, sed propter similitudinem communitate nominis coniungunt.

12 sed hāc disputationem simulat se in eam philosophia partem rei- cere, que metrē τὰ Φυσικὰ nominantur, ubi multo petulantiores & eidēntiores calumniæ à Platonici refutantur. 13 Hac tamen Aristotelem ex eius oratione impudentissimum calumniatorem, tergiuersatorem apertissimum, sophistam malitiosissimum, hostem diuīne maiestatis & religionis execrandum perceperimus. At fortasse deinceps seipsum corriget: immo vero maiora & clariora impietatis sua argumenta dabit: Nam cōsequētia antecedentibus longē peiora & deteriora reperientur. Quid enim ait? Syllogismum integrum proferam, ex secundo genere connexorum, ut desperat a illius mentis Aristoteleæ perueritas intelligatur.

Si quod esset commune omnibus bonum, id nec ab homine cognosci, nec in sum aliquem vita deduci posset:

*Et tale quidam querimus, quod cognoscatur & habeatur:*

*Nullum igitur est omnibus commune bonum.*

*Propositio falsa & impia: Deus enim non solum potest ab homine cognosci, sed seipsum ostendit, & ad se cognoscendum homines multis modis inuitantur: nec solum Christiani homines diuinis legibus instituti, veruetiam ethni-  
cū, si modo admirabilem istam modi machinam sufficiunt, Deum aliquem primum rerum omnium parerem, supremumque regem cognoscunt: ut Socratis apud Xenophontē praeclarè differit, & diuus Paulus in epistolis verè cō-  
ctis & factis firmat: Manifesta est, inquit, ira Dei in omnes impios & iniustos, qui veritatee Dei in sua perueritate detinent: quod enim de Deo cognosci potest, non est inter illos: Deus enim eis aperuit & ostendit. Nam invisibilia ipsius post  
Lib. 4. de di- creatum modum, ex operibus intellecta cōspicuntur: semperna quoque eius  
virtus & diuinitas: adeo ut excusandi non sint: quia cum Deum cognouissent, non sicut Deum laude & pietate coluerunt, sed vani facti sunt suis ar-  
gutis: & eorum cogitatio crassus erat occultata & circumsita tenebris: Nam  
cum se sapientes prædicaret, stulti facti sunt. Verum Aristoteles, aīs, ista lu-  
mine natura videre non potuit. Si non potuit, cur arguitur à Paulo? Deinde si  
non potuit, cur tam solidus & fatuus es, ut eius doctrinam probes, & ab eo  
vita degende consilium petas, quem scias in vita tenebris errare? Sed tamen  
quāuis perfectam Dei sapientiam in tanta caligine temporum consequi non  
potuerit, tamen quodammodo Deum ex eius operibus agnoscere potuit. Quid enim, aīs Cicero, potest esse tam apertum, tamq; perspicuum, cum calum appre-  
ximus, calestiaque contemplamur, quam esse aliquod numen praestansibi-  
lementis, quo hac regatur? Et Plato omnibus locis authorem naturae Deum  
mirificè coluit, quem (ut ante dixi) Aristoteles annos vnum & vi-  
ginti audierat. 14 Verum pergamus ad alia:*

*Si esset Idea inquirenda, esset potius in singulis rebus, ubi pos-  
set prodeesse:*

*At non est inquirenda, quia in singulis scientiis non inquiritur:*

*Non est igitur illa Idea.*

*Et in singulis artibus, Idearū inquisitio est, o Aristoteles, & ab ingenuis hominibus Idea communis omnium bonorum (ut abs te modo) minime ne-  
gligitur: Summa enim humanae sapientiae est Deum nosse, contemplari, sus-  
cipere, & ad eum omnes humanas cogitationes & actiones dirigere.*

15 *At vero ad extrema contradictionis tua partem plumbeo (ut aiūt)  
pagione preceptorem tuum pugis, cum interrogas, quid illa communis Idea  
textoris aut fabro cōferat ad suas artes exequendas: quasi vero de bene texen-  
do aut edificando, non de bene & beate vivendo haec doctrina suscipiatur.*

*Quamobrem cum ex hoc uno capite cognoscamus, quam fraudulentus, quam malitiosus, quam impius sit Aristoteles, valde mirandum est religionis Christiana fundamentum à quibusdam fieri, cum potius omnis impietas fundamentum debeat appellari.*

<sup>1</sup> Sed satis dictum sit de specie, & altis illustribus de Cap. 7.  
summo bono sententiis: quibus omnibus confutatis, nunc ad proposatum reuocetur oratio, ut quid tandem summum bonum sit, intelligamus. <sup>2</sup> Nemini autem dubium est, aliud in alia actione atque arte bonum versari. Aliud siquidem in medicina, aliud in scientia militari, & in reliquis artibus aliud eodem modo. Quod est igitur vniuersusque rei bonum? opinor, cuius causa aliae multæ actiones suscipiantur: ut medicinæ sanitas, artis bellicæ victoria, architecturæ domus, aliarumque artium aliud eodem modo bonum: & in omni actione deliberationeque suscipienda finis est, cuius causæ omnes geruntur & fiunt. <sup>3</sup> Quare si quod est rerum agendarum extremum, hoc ipsum bonum sit agendum: sin plura, hæc ipsa sint agenda omnia: ad numerum siquidem variata tamen eodem relabitur oratio. Danda igitur nobis est opera, ut clarius & apertius summum bonum declaretur. <sup>4</sup> Quonia igitur plures fines in hominum studiis esse, & alios aliorum gratia expeti satis omnibus in prōptu est, ut opes, tibias, summatimque omnia instrumenta, constat non omnes esse perfectos: <sup>5</sup> qui autem optimus, is absolutus. Si quis igitur finis omnes perfectionis numeros habuerit, certè sit quod à nobis queritur summum bonum: sin plures erunt perfecti, qui maxime fuerit absolutus, summum bonum dicatur.

c. iiiij.

<sup>6</sup> Cùm igitur multi sint in rebus agendis finium gradus, qui propter se expetitur, melior est eo, qui propter aliud optatur: & qui nunquam propter aliud expetur, reliquos fines, qui & propter se, & propter aliud expeti solèt, dignitate perfectioneque superat: ex quo generere si quem reperias, eum vndique perfectum cumulatumque iudicato, qualis maxime videbitur esse fælicitas hominis, quam & propter se semper, & nunquam propter aliud expetimus. <sup>7</sup> Gloriam verò & voluptatem & intelligentiam & omnem denique virtutem propter se quidem amamus: nam quanuis inde nullum conqueremur emolumentum, singula tamen hæc sua vi magnopere diligemus: sed fælicitatis etiam causa nihil horum non optamus, magna spe industi, nos horum opere & beneficio ad beatam vitam peruenturos. At fælicitatem nemo voluptatis, glorie, prudentiae, aut aliarum rerū causa expeti putat oportere: <sup>8</sup> quæ quām perfecta sit, quāmque nihil omnino desideret, cumulata rerum satietas, & mens suis votis expleta, in beatis hominibus ostendit: quod enim ex omni parte perfectum bonum est, id satis esse nobis, nec quicquam præterea requirere videtur. <sup>9</sup> Satis autem esse bonum dicimus, non vni soli homini, & vitam sine vsu & consuetudine hominum degenti, sed parentibus, liberis, coniugi, reliquis amicis & ciuibus: <sup>10</sup> quoniam sic hominis natura ingenerata est, ut habeat quiddam innatum quasi ciuale ac populare, quo cum hominibus humana quadam societate coniungatur. <sup>11</sup> Sed tamen in eius quod satis est de-

finitione, adhibendus est aliquis modus: Nāque immensum erit atque infinitum, si ad parentes, posteros, amicorumque amicos hac in re progredi liceat. Hoc igitur rursus nobis diligenter considerandum est, <sup>12</sup> vt sit bonum seipso ad beatam vitam cōtentum, quod à reliquis fortunæ, corporis, & animi bonus sepositū, separatumque sua vi expetendam vitam, reique nullius egentem facit: qualis, vt opinor, est hominis fælicitas omnium præstantissima atque absolutissima, si cum aliis bonis non numeratur: <sup>13</sup> sin cum aliis coniungitur, accessione vel minimi boni pluris aestimāda. Nam cùm quidpiam ad aliud accedit, amplificare solet eius boni cui additur, præstantiam atque dignitatem, vt eò bonorum virorum vita sit beatior, quò sit corporis, animi & fortunæ bonis plenior: at bonum quò maius, eò magis expetendum.

<sup>14</sup> Quare satis est perspicuum fælicitatem bonum esse vndique perfectum, séque ipso contentum, cùm sit extremus omnium rerum agendarum finis. <sup>15</sup> Sed omnes fortasse fælicitatem summū esse bonum concedunt: quid autem ea sit, hoc loco clarius enodandum atque explicandum est: cuius naturam, vimque omnem perspicere licebit, si, <sup>16</sup> quod sit propriū hominis opus atque munus, inuestigemus. Ut enim tibicē & statuarius, & quiuis artifex, & omnes, vt paucis dicam, qui circa aliquod opus actionēque versantur, in ipso opere summum bonum suæ artis constituunt: sic homo, quoniam proprium aliquod munus habet, quò referat omnia, in eo finem & perfectionem suæ naturæ collocabit. Ergo fabris & su-

toribus certa munera certaque actiones erunt propositæ, hominis nullum erit proprium officium, sed ad otium & cessationem natus erit? An non ut oculi, manus, pedis, & singularum partium suum munus est: sic præterea quæ sunt in corpore hominis, qui maximè animo & mente cernitur, certum genus officij, quod sequatur, ponendum est?<sup>17</sup> quodnam tandem? quod enim vivit homo, id habet cum stirpibus commune: at proprium munus hominis à nobis inquiritur: ab hoc igitur primum vitam, qua alimur & augemur, separare necesse est. Deinceps in homine sunt quinque sensus, sed communes cum equo & bove, & reliquis mutis animalibus: quid igitur proprium hominis restat, nisi vita in actione posita, quæque ab anima rationis participe gubernatur?<sup>18</sup> Cuius porrò vis una est rationi obediens, altera rationis plena, atque intelligentia.<sup>19</sup> Itaque cum duobus modis facultas animi rationalis appelletur, eam nunc assumamus, proposito nostro magis consentaneam, à qua proficiuntur actio. Quod si ita est, proprium munus, atque officium hominis est, aut actio cum ratione congruens, aut à ratione saltem non abhorres. Officium autem huius vel illius hominis, & hominis boni in eodem genere ponitur, quemadmodum citharædi & doctri citharædi: eadémque similitudo valet in aliis rebus, cum ad quodvis opus dignitas virtutis accedit, quoties aliquid bene ac præclarè gestum memoratur ac prædicatur: citharædi enim est canere fidibus, doctri & exercitati rectè ac scienter citharam pulsare. Quod cum ita

sit, proprium munus hominis in ea vita constituantur, quæ est mentis actio cum ratione congruens, quam præclarè & cum dignitate sequi probi est hominis, & in exercitatione virtutum confirmati: quicquid verò perfectum est, id sua virtute perficitur & consummatur.<sup>20</sup> Quare summum bonum sit actio mētis virtuti consentanea: si plures erunt, ei virtuti, quæ princeps est & regina reliquarum virtutum, longèque perfectissima:<sup>21</sup> Idque addendum est, in perfecta consummataque vita. Etenim quemadmodum nec vna hirundo si conspiciatur ad finem hyemis, nec dies unus si paulò mitior factus fuerit, ver protinus efficit: ita nec dies unus, nec exiguum spatium temporis beatum fælicemque hominem reddit.

<sup>22</sup> Hac itaque sit definitio circumscribique summi boni: sic enim fortasse necesse est primum adumbrare & leuiter informare: postea verò suis (vt aiunt) coloribus exprimere.<sup>23</sup> Potest enim unusquisque quæ præclarè sunt definita, producere longius dicendo, & explicare cumulatius omnia, quæ progressione temporis paulatim inueniuntur & adiuuantur: cuius quidem temporis beneficio adhibita longa observatione artes quæ fuerunt initio per exiguae, maximum cuperunt incrementum: cum fuerit semper hominibus concessum, vt quod quisque inuenisset, ad explendas artes perpoliendásque adiungaret.<sup>24</sup> Verum nobis illud memoria repetendum est, quod antè docuimus, accuratam docendi subtilitatem diligenter non similiter in omnibus rebus requirendam esse, sed in singulis, vt natura feret, genus orationis

esse moderandum: quod exemplo fabri & geometrae declaratur: quorum uterque cum rectum angulum inquirat, non eadem tamen ratione contemplatur, sed ille quidem quatenus recti anguli cognitio ad operis sui fabricam confert: hic vero quid sit, & qualis rectus angulus, considerat: quoniam in contemplatione & estimatione veritatis versatur. Idem faciendum in reliquis studiis, ne quae sunt à proposita disputatione aliena, pluribus verbis exponantur, quam ea, quorum gratia omnis disputatio atque institutio suscepta fuerat.<sup>25</sup> Nec vero sunt omnia declaranda suis causis, sed multis in locis rem esse, satis est ostendere, ut etiam in artium principiis. Est enim primum & principium, rem esse: principiorum autem, quibus videntur in fundatis disciplinis, alia spectantur inductione, alia sensu, alia consuetudine, aliisque alio modo, quorum singula quantum cuiusque natura feret, illustria & explanata esse oportebit: magnopere siquidem proderunt ad ea, quae deinceps nobis explicanda sunt: Principium enim plus est, quam dimidium totius rei: multisque rebus, de quibus post agitur, perspicuitatem & lumen allaturum est.

Cum Aristoteles esset constitutum, hominem ad beatam vitam perducere, placuit ei, priusquam in viam dederet, magnifico proemio ad ostentationem quādam & pompam ingenij totum hoc studium commendare: Nam siue excellētiam felicitatis requiras, eam in summo bonorum gradu statuit: siue dignitatem doctrinae, reginam omnium artium huic muneri preficit: siue docēdicationem, facilem methodum pollicetur: siue auditoris personam, solos viros bonos, huius viae & laboris socios requirit, improbos procul reicit. Post rātam magnificētiam præfationis expectabā, ut more & instituto legitima artis & doctrina rectissima & brevissima via ad beatam vitam

vna cu Aristotele contendemus. At ille quam logis quam flexuosis, quam molesti ambigibus & diuerculis nos elusit? Nam dum attenderemus, ut vera felicitas nobis ab illo definiretur, in cōtentione & altercatione volupatis, honoris, virtutis diuitiarum, & Ideo nos errare, peregrinarique cogit. Sed tamē domum aliquādo redeamus: erroni duci hac veniam concedamus, modō tādem reliqua via nihil fallat: at sui similis erit: & nos nisi caute pvideamus, in similes aut certe pericolosiores lapsus precipitabit. Sequitur enim tertia pars disputationis, in qua dum sentētiā suam de perfecta & absoluta specie felicitatis confirmare vult, sic in lubrico versatur, ut tam turpiter ruat in docēdo, quam superiores hi, quos erroris & inscitiae cōdemnare nō dubitauit. Animaduerti autem in informādo homine beato duas Aristotelicas rationis partes esse, quarum vna definitionem beatæ vita quærit, altera repartam partibus singulis explanat & cōfirmat. 1. Prīgitur via & ordine progreditur oratio, queramus primum cum Aristotele, si possumus, quid sit extrellum honoris omnium, quod in se numeros omnes beatæ vita contineat. Ad hanc definitionis inuestigationē principio philosophus quatuor hypotheses prefatur: 2. quarū prima vera quidē est, sed nihil nisi nugatoria iterationē habet: nō primo capite satis probatum erat, quot artes essent, sotidē artū solere existere fines: & his exēpli illustratur, que testimonio Aristotelis ipsius & Quintiliani falsa esse ostēdimus. 3. Secunda in eodem viō nugationis est, que ex secundo capite generale notionē summi boni antea traditam & cognitam frustra & inutiliter repetit: 4. & tertia primo cap. dicta iam fuerat de diuisione finiū in perfectos & imperfectos. Quid necesse est in arte, que perspicuum & facilem breuitatē desiderat, rem eādem sapientia inculcare? 5. Quarta vero etiam hypothesis ex secundo capite iteratur, que felicitatem statuit esse absolutissimum & perfectissimum bonum. Hic Aristoteles (sicut Socrates in Philebo Platonis) summum bonum ab adiunctis commendat, quod sit perfectissimum, & seipso contentum: argumentum de absolutione summi boni ex definitione sumitur.

6. Unde fit syllogismus simplex primi generis:

Bonum, propter quod catena expetuntur, ipsum nunquam propter aliud, perfectissimum est:

Felicitas est eiusmodi:

Quare felicitas est bonum perfectissimum.

Propositio vera & legitima boni absolutissimi definitione cōstat: Assumptio si ad veram felicitatem accommodetur, vera quidē est: summa enim in homine perfectio soli beatæ vita cōuenit; si de Aristotele a felicitate intelligatur, falsa: tātum enim absum ab Aristotelis sentētiā, ut illud quod

## AVD. TALÆI EXPLIC.

46 mox definiet, nō modō summum bonum nō arbitrer, sed ne bonum quidem, quemadmodum quū res & locu postulabit, pluribus verbis differam. Nam quid ad assumptionis approbationem duas rationes attulit, ad eas facilis est responso. Quis enim primis Christiana religionis elemētu institutus hāc dissimilitudinem nō irrideat? 7 Honos, voluptas, virtus, quāuis bona per se sint, tamē ad fælicitatem referuntur: fælicitas verò nūquam propter aliud optāda est. Nam in sacris & diuinis literis veritas nos admonet fælicitatē Ethnicorum nō modo nō optādam, sed fugiēdam & execrādam esse: quippe qua nullum ex Ethnicis hominibus inquam beatum & fælicem fecerit, cōtra verò potius om̄nem antiquitatē perdidērit, & perpetuis arumnis & calamitatibus addixerit. 8 De altera probatione similiter iudicādum est. Nā quemadmodū beata vita omni genere bonorū perfecta & cumulata est, ita scīpsa contenta nihil maius aut perfectius desiderat: sed quam inepit & ridiculè copiam & satietatem in summo bono philosophus definit?

9 Satis esse (inquit) dicimus nō ipsi soli, sed parentibus, liberis, cōiugi, ceteris amicis & cūib⁹: quādoquidem homo ad societatē natus est. Quid argūmento tam perficiē falso stoici (quid stoicos dico?) imo verò ipsi Christiani respōderet: homines verē beatos nō magnitudine facultati & copia, sed animo & virtute satietati suā metiri: qua qui praditi sunt, soli sunt diuites, soli (vt ait Cicero) possident res fructuas & sempiternas, soli, quod proprium est diuitiarum, cōtent⁹ sunt suis rebus: satis esse putat, quod est: nihil appetit, nulla re eget, nihil sibi deesse sentit, nihil requiriūt: nec tātum auaram cupiditatem, sed repugnatiam quādam in hac Aristotelis sentīctia stoici ipsi notaret. Quid enim minus cōsentaneum est, quam res maximē disiūctas, maximēque discrepātes, virtutem & fortunam cōiungere? & fortuna, qua nihil est incōstātus, nihil levius, beatam vitam alligare? Ut si (quod & facillimē & frequētissimē sit) volubilis illa fortuna rota cōuertatur, repētēt beato fiat miser, quia desinit habere, quod sibi, quod parentibus, quod liberis, quod cōiugi, quod amicis & cūib⁹ satis esse posse.

10 Et ratio Aristotelis male accommodatur. Nō enim si homo ciuilis est, necesse est eum multis opib⁹ abundare, vt beatus existat: & in ciuitate multos esse miseros, quorum egestati succurrēdo, diues ille beatus beatitudinē suā ostēret. Itaque hac ratione soli reges & principes, quibus infinita vis & copia auri & argēti ad largiēdū suppetit, eſt beati, reliqui in ciuitate miseri & infelices, 11 qui ne forte ab hac Aristoteles sentīctia statim prouocēt, que summam iniuriam pauperibus facit, superior definitio retractatur, eique noua alia substituitur: que tamē eiusmodi est, vt quocūque ſeſe verterit Aristoteles, iustum & veram reprehēſionem minime

poſſit effugere. 12 summum bonum, ait, ſeipſo cōtentum dico, quid de-tractis relquis bonis vitam per ſe expetēdam, & nihil requirem efficit. Quod quidē probo, ſi de vera fælicitate dicatur: eft enim bonum abſolutiſſimum, ſed non ea abſolutione, quam Aristotleles arbitrat⁹. & bonum ſeipſo cōtentū, ſed nō ea ſatieta, quam ille ſtatuit. Hac duo ſunt adiūcta fælicitatis, ſed virtuoſe ad mundanā & falſam fælicitatem accōmodata. Quod ſequitur, diligētius nobis cōſiderandum eft: cupit ille nobis probare, homini, in quo ſummum bonum iſit, nihil deesse ad beatē vitēdū: quam ob cauſam? Quia paulo ante docuit fælicitatē eſſe perfectiſſimū, & ſeipſo contentū bonum. Nonne ſunt iſta acutē & ſubtiliter dicta ſint ſanē. Sed proxima nequaquā aptē cohærebit. 13 Addit enim ſummum bonum, quāuis perfectiſſimū ſit, addito vel minimo augeri & amplificari: Quid minus probādum eft, quam extreum bonorum eſſe abſolutiſſimum, & tamē maius & perfectius fieri poſſe? aut aliquem eſſe beatum, nec ſati beatum? Quid enim ſummum & maximum eft, huic nihil, quo maius ſit, addi poſteſt: Deinde quid aliud ſonat ſubtilitates & argutia Aristotelis, quam aliquod eſſe ſummū bonum, nō tamē ſummum? & aliquod abſolutiſſimum, nō tamē abſolutiſſimum? Que oratio homini eft intemperātis, nec quid ſibi dicēdum ſit, attētēcōſiderantis. Itaque locut⁹ hic de additamēto bonorum ad beatam vitam a Stoici grauiter & accurate reprehēſus eft, qui ita diſputat hominis ſupremum finem totū in hominis potestate eſſe poſitum & perfectū, nec fortuna proſperis, aut aduersis rebus augeri aut minui, ſed ex ſuī ſimilibus & quam grāna acerūm cōſtare: hac autem grāna que in homini potestate ſunt, honeſta ſola ſunt, nō fortuita. Et Cicero, Ne illud quidem, ait, cōſentaneū eft, 3. deſinib⁹. Ut ſi cum tria genera bonorum ſint (que ſentīctia eft Peripateticorum) eo beator quisque ſit, quō ſit corporis aut externis bonis plenior: ut hoc idem nobis approbādum ſit, ut qui plura habeat, & que in corpore magni aſtimātur, eo ſit beator: ſic enim corporis commodi beata vitam putat: que ſtōicorum animaduertione quid verius? an ſtellarum luce ſolis lumen auge-ri arbitramur? Atqui virtus ſol quidā mēris eft: aſceſſiones fortune & corporis, ne vel nebulosa quidem ſtellula lucem in hac comparatione obtinet, nec ullum momētum habet ad beatē vitēdū, ut ſtōis nō ſolum recte diſputat, ſed etiam Christiani verē cōſfirmant. Quāuis eft igitur hec aggregatio bonorum cum inanis & futile, tum cōtra opinionem verē iudicanū, & cōtra rerum naturam veritatēmque reperta? 14 Atque hactenus Aristotleles ſibi videtur fundamēta ieciffe cōſfirmationis ſuē, qua firmiſſima ſunt, ſi niſtātū iudicio eius & ſuorum: ſin aſtimatione veritatū, ut infirmiſſima & debiliſſima ſtatiſt corruent. Quāuis enim ſuperiora illa ſummum, perfe-

Eiusimum, seipso contentum, insint in absoluta felicitate; nihil tamē horum de Aristotelea illa verē & aptè confirmari poterit. 15 Deinceps inuestigat propriā notionē & definitionē rei sibi proposita, id est, summi boni, sed tanto errore, tanta ignoratiā, tanta cōfusione: ut qui in plana & facili via incedere speret, haret in salebris, aut sursum versus ascendere, a corsū versus praecepitur. Quamobrem Christianos homines qui minus ista pericula animaduertunt, cōmones faciēdos arbitror, quām omnibus cōsiliis praeceps & deuīus sit Aristoteles. Nam si hunc erronem ducem sequantur, non ad beatam vitam, sed ad mūdanam peruenient, id est miseram, infelicem, arum-nosam, diabolicam. 16 Principio quid sit summum bonum, inuestigatur in actione propria hominis rationi congruente, qua multa exercitatione, logo & su, vita bene & eleganter traducta perficitur & cōsummatur. Atqui in tali actione vir Christianus nunquam reperiet: non enim summū hominis bonū est, mundana & Aristotelicas virtutes in vita persequi, sed cūm ē vita diuinū virtutibꝫ & beneficiis ornatus excederit, in celo diuina luce & claritate perfici: nec illud propriū est hominis, sed cōmune cum angelis. At istud (inquires) Aristoteles ignorauit: credo equidē, & ob eā iſsam causam magnopere Aristotelē errare dico: verū quēadmodū reliqua via p̄geat, videamus. 17 Posteaquā probauit aliquā esse propriam actionem hominis, quā nulla alia natura posuit & surpare, quenam sit, ex tripartita diuīsione facultatum animi querit: neceſſe est enim ut propriū illud munus hominis sit aut vivere, aut sentire, aut ratione vti: at primum nobis cum plantis & bestiis, secundum etiam cum bestiis commune est. Relinquitur igitur illud tertium ratione vti, propriè ad hominem spectare, nec in ullam aliam rem posse transferri: 18 deinde vero rationalem animi facultatem duas in partes diuidit, vnam obsequenter, alterā imperantem: sed subtilius & argutius, quām verius & aptius: vna siquidem v̄is est animi rationis cōpos: nec appetitus ille sensuum propterea rationalis dicēdus est, quod rationi pareat, & rationis imperium, consilium, autoritatem sequatur. Hoc enim argumento equis rationalis erit, qui frānis & calcaribus suis secessorū parebit: & canis rationalis, qui ad nutū domini se totum accomodabit: quod cum sit absurdum, neque sensus similiter digni tāto nomine videtur, quanū eos interdum ratio regat & moderetur, non secus atque apud poetam rex ille AEolus:

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras  
Imperio premit, ac vincit & carcere frānat:  
Illi indignantes magno cum murmure montis  
Circum claustra fremunt, celsa sedet AEolus arce,

Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.

Quemadmodum igitur nec equi, nec canes, nec venti, sic nec appetitus seu suum, quanū rationi pareat, rationalis appellandus est. 19 Hactenus inuestigauit propriū munus hominis in animo positi, quod est vti ratione, in quo tandem definitionem beatā vitā repertam putat: syllogismus est connexus primi modi:

Si propriū munus hominis est conuenienter rationi vivere, summū bonum est actio mentis virtuti consentanea, in vita perfecta:

Proprium autem munus est hominis rationi congruenter agere:  
Summum itaque bonum sit actio mentis virtuti consentanea, in vita perfecta.

20 Hoc principium & fundamentum est Aristotelea felicitatis, id est impietatis: ponit enim Aristoteles felicitatem hominis in actione virtutis humana & mundana, hominēmque sibi ipsi confidere velut authori beatitudinis sua iubet: at didicimus à Christiana veritate hominis à se ipso bonum nullum esse, miserūmque esse, qui se sua virtute felicem & beatum putet, Deo nihil attribuat. Diuīus Augustinus, Philosophi, inquit, huius seculi aliqui putauerunt non esse beatitudinem, nisi secundum carnem apostoli. Vivere, & bonum homini voluntatem posuerūt: isti Epicurei dicti sunt ab Epicuro quodam authore suo: sed ali⁹ extiterunt, qui à carne se remouentes, & totam spem beatitudinis sua in anima sua constituentes, posuerunt summū bonum in virtute sua: tales philosophi stoici nominati sunt: illi secundum carnem, isti secundum se: nec isti, nec illi secundum Deum viventes. Errat Epicurus: falsum enim est beatum esse hominem, cuius in fructu est virtus anime eius: beatus ergo est cuius est nōmē domini spes eius. Et paulo post: Epicurus itaque in corpore ponēs summum bonum, in carne spem posuit: sed Stoicus in anima ponens summū bonum, in se spem posuit: homo autem Epicurus & Stoicus: sed maledictus homo, qui spē ponit in homine. Hac Augustinus, Aristoteles autē stoicorū & epicureorū amentiā sua complexus est, qui beatā hominis vitā animo, & vita hominis metitur, non Deo: tantóque vehementius ideo dānandus, quāto plus dānati ab Augustino erroris habet: quem tamen philosophū miseratione dignum esse iudico: si quid enim in tanta questione explicanda peccauit, cōmuni ignoratiā temporum peccauit. Inciderat in ea etatē, qua docti simul & indocti velut noctua ad sole veritatis caligabāt, & pro pietate impietate, pro religione superstitionem, pro vero Deo impiū cacoēdemone colebant: Aristotelis, inquit, sicut reliquorum veterū ethnicorum ignoratiē miserandam esse arbitror: at Aristotelei istud moleste ferūt: philosophum tantum & tam excellentem errasse d. i.

*Ad R. ca. 4.* non potuisse predicant: & hac credulitate confirmata scholasticus distinctiones vanas & impias ad huius erroris defensionem configunt: quod Aristoteles de humana felicitate loquutus sit, non de vera & perfecta: qua sane distinctio verissima est. Aristoteles de humana & mundana felicitate, que impietas est, non de diuina & celesti, que a Deo nobis proposita est, his libris disputat. Verum acutè philosophantis est, non quid quisque dicat, sed quam recte dicat, animaduertere: philosophia enim ad veritatem inquisitorem, non ad stultorum opinionum defensionem reporta est. Quae autem est ista felicitas appellanda, quæ qui habet, possit esse miserrimus? sumamus hominem aliquem ethnicum (res enim exemplo facile declarari poterit) temporibus Aristotelis, omnibus Aristotelicis virtutibus ornatum, forma & integris corporis viribus præstantem: addamus etiam opes, demus honores, conjugem, liberos, propinquos, amicos: cum fuerit in fine fide, sine pietate, sine Deo, sine vera religione, dubitabis eum miserrimum iudicare, quem Deus iustissimo iudicio damnatum, in locum destinatum miseris cum principiis tenebrarum præcipitavit? Quam tu mihi igitur Aristotelis felicitatem prædicabis, qua qui prædicti fuerunt ethnici, reuera infeliciissimi fuerunt, & cum peruersis spiritibus in sempiternam abiecti miseriam? sed potest homo (dicent Aristoteles) sine cognitione Dei & vera religione in puris naturalibus, optimis esse predictis moribus: ideoque beatus secundum opinionem Aristotelis. Audiat igitur qui errore tam manente impietatis defendunt, non philosophi alicuius ethnici, sed diu Pauli, id est sanctissimi, verissime philosophi contrariam sententiam: Omne, inquit, quod non est ex fide, peccatum est. quam diu Augustinus assumpit: Ante fidem, ait, & sine fide, omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt: quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est. Idemque: Omnis, inquit, infidelium vita peccatum est, & nihil est boni sine summo bono: ubi enim deest cognitio aeternæ & incomutabilis veritatis, falsa est virtus etiā in optimis moribus. Finge præterea ad Aristotelis arbitriū hominē sine religione, sine pietate, sine deo: is Aristotelis definitione florens & beatus esse poterit: atheus enim hominē esse temperante, liberalē, fortē, mansuetum, iustū, caterisque Aristotelicis virtutibus ornatum quid obstat? Atque ita impios & atheos homines licet reuera miserrimos, tame Aristotelis doctrina beatos efficiet: quo quid potest esse absurdius? quam doctrinā ne quis, velim, miretur a nobis diabolica appellari: ex antiquis enim oraculis, quibus cacodemones præfuisse sciens, iustitia, fortitudo, temperantia, reliqua philosophorum virtutes docebantur, ad earumque studium & amorem homines inuitabantur, & a contrariis vitiis deterrebatur: Apollo siquidem Glauco Lacedemonio percon-

*Ad Julianū*

*Lib. de vera innocentia.*

non potuisse predicant: & hac credulitate confirmata scholasticus distinctiones vanas & impias ad huius erroris defensionem configunt: quod Aristoteles de humana felicitate loquutus sit, non de vera & perfecta: qua sane distinctio verissima est. Aristoteles de humana & mundana felicitate, que impietas est, non de diuina & celesti, que a Deo nobis proposita est, his libris disputat. Verum acutè philosophantis est, non quid quisque dicat, sed quam recte dicat, animaduertere: philosophia enim ad veritatem inquisitorem, non ad stultorum opinionum defensionem reporta est. Quae autem est ista felicitas appellanda, quæ qui habet, possit esse miserrimus? sumamus hominem aliquem ethnicum (res enim exemplo facile declarari poterit) temporibus Aristotelis, omnibus Aristotelicis virtutibus ornatum, forma & integris corporis viribus præstantem: addamus etiam opes, demus honores, conjugem, liberos, propinquos, amicos: cum fuerit in fine fide, sine pietate, sine Deo, sine vera religione, dubitabis eum miserrimum iudicare, quem Deus iustissimo iudicio damnatum, in locum destinatum miseris cum principiis tenebrarum præcipitavit? Quam tu mihi igitur Aristotelis felicitatem prædicabis, qua qui prædicti fuerunt ethnici, reuera infeliciissimi fuerunt, & cum peruersis spiritibus in sempiternam abiecti miseriam? sed potest homo (dicent Aristoteles) sine cognitione Dei & vera religione in puris naturalibus, optimis esse predictis moribus: ideoque beatus secundum opinionem Aristotelis. Audiat igitur qui errore tam manente impietatis defendunt, non philosophi alicuius ethnici, sed diu Pauli, id est sanctissimi, verissime philosophi contrariam sententiam: Omne, inquit, quod non est ex fide, peccatum est. quam diu Augustinus assumpit: Ante fidem, ait, & sine fide, omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt: quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est. Idemque: Omnis, inquit, infidelium vita peccatum est, & nihil est boni sine summo bono: ubi enim deest cognitio aeternæ & incomutabilis veritatis, falsa est virtus etiā in optimis moribus. Finge præterea ad Aristotelis arbitriū hominē sine religione, sine pietate, sine deo: is Aristotelis definitione florens & beatus esse poterit: atheus enim hominē esse temperante, liberalē, fortē, mansuetum, iustū, caterisque Aristotelicis virtutibus ornatum quid obstat? Atque ita impios & atheos homines licet reuera miserrimos, tame Aristotelis doctrina beatos efficiet: quo quid potest esse absurdius? quam doctrinā ne quis, velim, miretur a nobis diabolica appellari: ex antiquis enim oraculis, quibus cacodemones præfuisse sciens, iustitia, fortitudo, temperantia, reliqua philosophorum virtutes docebantur, ad earumque studium & amorem homines inuitabantur, & a contrariis vitiis deterrebatur: Apollo siquidem Glauco Lacedemonio percon-

tanti, an depositam apud se ab amicis pecuniam negaturus esset, respondit nihil interessere, an Deum tentaret, an id ipsum faceret: itaque fore, ut tota dominus eius periret, quod ita paucis post diebus accidit. Idemque Lacedemonis de sua urbe consulentibus dixit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia peritura: & præceptum illud quod erat Delphis inscriptum γνῶθι σεαυτόν, id est, noscete ipsum, Socrates apud Platonem sic interpretatur, cole prudētiā Lib. de philosophia & iustitiam: & legulatores antiqui leges quæ doctrinam virtutis tradidit, losophia. à certis diis quos cacodemones fuisse constat, accipere se profitebantur, ut solo à Minerva, Lycurgus ab Apolline, Minos à Ioue, Carôdas à Saturno. Quælibet obrem diabolus quævis impietatis & sceleris author & fautor sit, tamē ut in terris diuinis numinis maiestatem sibi dedicaret, & homines falsis virtutum umbris in suam sectā, id est, sempiternam miseriam pelliceret, Aristotelicas istas virtutes proponebat, præcipiebatque: quas qui adepturus esset, cum nihilominus infelicem & miserum fore intelligebat: qua arte hic non Aristotelem tantum, sed infinitos homines in fraudem & errorem impulit: hic eos quibus verum iter ad beatam vitam, vera religio, versus Deus ignotus erat, decepit, fecellit, induxit. Primus igitur Aristotelis felicitatis lapis angularis valde debilis est & infirmus, immò corruptus, putrefactusq; in quo nulla solida & expressa, sed caduca & fragilis doctrina beatæ vitae fundatur. 21 Reliqua videamus. summum hominis bonū in vita perfecta, & videlicet completa ponit Aristoteles: in vita autem hac mortali & caduca felicitas omnino nulla est, nedum in perpetua, & ad supremum diem continuata: à Deo enim opt. max. beatitudine nobis in celo proponitur: in terris dum hanc vitā degimus, omnes miseriae, calamitates, erūnae, quæ sempiterne quietis & latitiae fructu compitantur. Nec distinctione hīc illa opus est: sustulit hanc dubitationem D. Augustinus, quem sape nō mino: Beata, inquit, vita non est nisi aeterna: hanc volunt omnes: sed ad tam De verbis magnam possessionem, & tam grandem felicitatem, qua itur, construxerunt Apostoli viam erroris philosophi: & alij dixerunt hanc, alij dixerunt non hanc, sed hanc: tenuit illos via erroris, quia superbis Deus resistit. Nec vero pluribus argumentis differendū esse arbitror, præsertim cum inter homines Christianos constet, sitq; luce ipsa clarissima, felicitatem in hac vita querendam nō esse, sed cum hac mortalī vita desierit, in celo expectandā, cum animus perpetua diuini numinis contemplatione perfretur. Quamobrē, cum vera felicitas hominis neque sit actio mentis virtuti consentanea, ut a nobis disputatum est, neque sit in hac vita nobis speranda, videant qui ethnicum hunc Philosophum tam arcte tenent, accuratèque defendunt, quam viperam, quam venenatam, quam pestiferam, quamq; infestam religioni & veritati Chri-

d. q.

stiana abant atque tueantur. 22 Ac deinceps prima illa felicitati informatio primis & rudibus pictorum lineamentis ab Aristotele comparatur. solent enim pictores linearis quadam pictura & umbratili imaginē primum carbone aliquo ruddius effingere, postea adumbrata suis coloribus reddere & absoluere: nec tamen in Aristotelis tabula, quam nobis exhibuit, adumbrationem ullam felicitatis, sed potius picturam quadam infelicitatis, si vere de toto opere estimare volumus, viuam & expressam cernere possumus.

23 Quod de artibus addit, que non eodem tempore inuenta & absoluta sunt, id quidem verum est, sed tamen inepte ad id quod agitur, accommodatum: Aliud enim est artem inuenire, aliud inuentam via & ordine declarare: nec sequitur, si discipline ab exiguis initiis profecta progressionē temporis & loga rerum obseruatione usq; sunt, ut propterea sic inuenta doceri tradi debeat: sed contra omnino est, ut a clarioribus rebus ad minus notis, ab uniuersis ad speciales, a perfectis ad imperfectas deducatur. Itaque fallitur Aristoteles, qui artes primum ruddius & imperfectius, deinde politius tradi putat oportere: Longe enim differunt obseruatione artis, & descrip-  
tio: Hac à genere ad species sibi subiectas descendit, illa à rebus singulis ad communem generis notionem ascēdit: Hac ab animo ad sensus, illa a sensibus ad animum fertur. 24 Nec ad excusandam ruditatem huius definitionis & explicationis toties illud iterandum & inculcadum fuit, Orationem rebus que dicuntur, similem esse debere: in moribus autem & tota ratione beatæ viuedi nihil esse, quod accurata subtilitate & limata veritate indigeat: tanto enim diligentius & accuratius (bona venia Aristotelis dixerim) de beata vita, quam de ceteris philosophia partibus praecepitum est, quanto res que hac doctrina continetur, ceteris rebus excellētior & praestantior est: in ceteris enim artibus ea tractantur, que aliquam vita utilitatem adferunt: in hac summum bonum quo referuntur omnia, que sunt in vita expetenda, queritur: cuius diligens tractatio tanto magis partibus omnibus proderit, quanto utilius est ad recte instituendam vitam summu-  
num, quam quidvis aliud animo & scientia tenere. Itaque philosophus in consideratione & estimatione felicitatis non fabros rudes & imperitos, ut hoc loco Aristoteles, sed doctissimos quoque & acutissimos mathematicos imitabitur: ut qua de beata vita dicēda sunt, non pingui, quod aiunt, Menerua, sed accurata & diligenti tractatione meditationeque persequatur.

25 Ac ne quis forte ab Aristotele causam aliquam, aut rationem instituta definitionis requirat, hoc loco admonendus est principium esse huius artis, & caput unum Aristotelica fidei, cui sineulla dubitatione, nulla etiā redditā causa, sectatoribus Aristotelicis credendum fidendumque sit:

Principia, inquit ille, exquisitis rationibus confirmari non possunt: Definitio superior, est huius artis principium: Exquisitis igitur rationibus probanda nobis non est.

Quod autē precipit, ut principia diligenter definiantur, intellige definitiones & divisiones, que sola sunt bene traditarū artium principia, faciles, exploratas, perspectasq; esse oportere: alioqui ridicula res praeiperetur, ut prima, notissima, clarissimae res definiantur. Quomodo enim definiretur prima definitiones? Ut ilitas autem principiorum à Platone cōmonstratur, laudaturque, unde Aristoteles hunc locum transtulit: Principium, ait, ut est in Lib. 6. de prouerbiis, totius facti dimidium dicitur: atque illud nimur recte capisse Repub. omnes magnis laudibus efferrimus: sed illud, ut mihi quidem videtur, plus est quam dimidium: nec quisquam hoc, ubi recte sit, satis pro merito laudat. Consideremus hoc septimo capite, o Christiani, qualem hominis felicitatem Aristoteles nobis depinxerit: cogitemus attente, cum Aristoteles tam mirifice principia commendet, ut de suis dubitari nolit, que tamen non modo falsa sunt, sed planè impia, ut in definitione felicitatis ostendimus: cum ipse Platonis & veterum philosophorum principiis non crediderit, ut nos iubet suis credere, sed malitiosissime contradixerit, quid de buius hominis calumnias, imposturis, erroribus indicare debeamus.

Atqui non solum ex conclusione, & his ex quibus Cap. 8. fit oratio, sed etiam ex perulgatis & decantatis veterum sententiis summi boni cognitio nobis eruenda est: nanque verum cum vero consentit: falsum à vero protinus dissentit. Cum igitur triparita sit ratio bonorum, fortunae, mentis & corporis, que versantur in animo, certissima sunt, maximaque bona: & actiones virtutis ab animo proficiuntur: quod cum recte, & ad veterum sententiam accommodate dictum sit à nobis, tum etiam illud praeclarè possum, certis quibusdam actionibus beatam vitam contineri: sic enim felicitas hominis in animi bonus, non in externis vita commodis sita est. Huc etiam pertinet, quod communi sermone celebratur, eum qui sit beatus, bene viuere, virtutique con-

gruenter agere. Nam propemodum ab omnibus fælicitas appellatur tum vita prosperitas, tum recta virtutis actio: <sup>2</sup> & quæcumque de ea disputantur, ad superiora illa bona mentis, rectaque officia videntur posse accommodari: quidam enim summum bonum virtutem esse putant, quidam prudentiam, quidam sapientiam, alijs autem hæc tria simul, aut horum quidpiam, cum voluptate, vel nō sine voluptate: alijs vero etiam cum prædictis externas opes & facultates copulant: atque hæc omnia partim à multis & antiquis, partim à paucis & claris hominibus dicuntur, quorū neutros omni ex parte aberrasse, sed aliquantulum de via deflexisse, quinetiam magna ex parte rectū iter tenuisse probabile est. Cum his enim qui summum bonum, aut omnem, aut aliquam virtutem esse confirmant, consentit commemorata prius summi boni definitio: aut enim actio virtutis est, aut certè cum virtute copulata. <sup>3</sup> Sed fortasse multum intererit, an possessionem virtutis, an usum, an habitum, an actionem beatam vitam dixeris: fieri enim potest, ut habitus in homine ab omni honesto officio sit desertus, ut in eo qui dormit, aut quoquis alio modo in bonis moribus actionibusque cessator est. At virtutis actio cessare nullo modo poterit: magna siquidem necessitate semper ad aliquid recte agendum rapietur: & quemadmodum apud Olympiā in maxima illa quinquennali celebritate ludorum, non forma, aut viribus corporis præstantissimus quisque corona donatur, sed qui cum aliis magna & illustri contentione decertauit,

(ex his enim qui in certamen descendunt, aliquis vicit & olympionices efficitur) sic in vita res honestissimas, & plenissimas dignitatis assequuntur hi, qui sese in optimis vita studiis exercuerint: <sup>4</sup> quorum vita suavis & iucunda est, propterea quod perceptio voluptatis ex eo genere bonorum est, quæ insunt in animo. At verò quæcumque res amatur ab homine, huic eadem iucunda delectabilisque est, ut equorum cupido, equus: & theatri, theatrum: ut similia conferamus, iustitia delectat homines, qui eius amore & studio ducuntur: & omnis honestas dignitatisque rerum placet iis qui animo & studio ad amorem virtutis rapiuntur: voluptates autem blandissimæ dominae, quæ imperitæ multitudinis animos sensusque iucunditate quadam profundunt, cum honestate multum pugnant, quod non reuera, sed falso & inepto sensu suavitatis iucundæ sint: quæ verò comitantur virtutem, ideo bonos viros delectant, quod naturalem atque ingenuam vim contineant oblectationis: in quo genere ponenda sunt officia & actiones virtutum, quibus ut quisque optimè natus institutusq; est, ita maximè sua sponte ac natura gaudet. Itaque proborum hominum vita, voluptate, non tanquam extrinsecus assumpta, sed in animo penitus inclusa reconditaque perficitur. Præterea qui præclaris factis non delectatur, minimè vir bonus & sapiens iudicandus est: nec enim iustum dixeris, cui iustitiae: aut liberalis, cui liberalitatis actiones odiosæ molestæque sint: eadēque ratio in reliquis honestatis partibus valebit. Quare cū vniuersis,

d.iii.

cum singulis virtutum officiis ingenitam atque insitam voluptatem inesse confitendum est, si de his recte vir bonus statuit: at quam recte statuat, antea dictum est: Beata igitur vita optima, honestissima, iucundissimaque est: nec verò hoc separatim de illa prædicantur, sicut in epigrammate deliaco:

Pulchrius astraea, melius nil corpore fano,  
Suauius & voti compote mente nihil.

Hæc enim tria in optimis officiis coniuncta committaque sunt, quorum unum aut è multis optimum felicitas à nobis appellatur. Nec tamè videatur esse præclaris animorum muneribus & studiis contenta, sed ad se tuendum & ornandum fortunæ quoque beneficiis & ornamenti egere. Vix enim fieri potest, ac ne vix quidem, ut qui angustia rei familiaris premitur, præclare quicquam aut magnificè faciat, cum pleraque vel amicorum studio, vel diuitiis, vel publica authoritate non secus atque instrumentis efficiantur: & si nonnulla defuerint hominibus, ut nobilitas, liberi, pulchritudo, magnam labem & maculam vita soleant aspergere: neque enim planè beatus est, qui in deformitate aliqua corporis, aut ignobilitate generis, aut solitudine & orbitate liberoru vitam degit: ac minus etiā fortasse beatus, cuius liberi sunt scelerati ac perdit, aut cuius amici boni viri ex hac vita migrarūt. Quare ad bene beatique viuendū, fortunæ cōmoda necessaria videntur esse: ideoque permulti facile sunt adducti, ut ex iis alijs beatā vitam prosperam fortunam, alijs virtutē esse crederent.

Posteaquam Aristoteles in causa beatæ vita suo iudicio sapientior superiorque reliquias philosophis extitit, satisque res suas confirmauit, deinceps cum iis omnibus, quos tanquam bello vastauit, pacificatur, sed hac conditione, ut victor leges victis imponat. Et enim Alexander magnus imperij ambitione inductus non modo Gracorum, sed Persarum, & totius Orientis populus bellū intulit, ut iis victis profligatisque solus toto orbe imperium teneret: sic Aristoteles Alexadrinæ cupiditatis magister idē in philosophia, quod discipulus in terra efficere contendit, philosophos omnes oppugnauit, & ut sibi visus est, expugnauit: ut videlicet philosophia regno potiretur, & victor triumphatorque philosophorum præpotens & beatu regnaret. Quid verò, dicit aliquis: nonne præclarum & nobile est stultas opiniones corriger, falsas tollere, prauas cum melioribus commutare? Præclarum certè, inquam, & magnum: quod si Aristoteles in hac quæstione cōsecutus est, regem, regē philosophorum omnium esse oportuit: sin eius opinio nihil deterior & vanior est, quam reliquerū philosophorū, videamus nū potius Aristotele regni cupidū & appetitum, quam regē appellemus. Quid autē de philosophis ethniciis in universum sentire debeamus, Augustinus admonuit: Epist. ad Quid, ait, timeam apud te nomē philosophorū: qui nō propterea vani sunt, quia falsa dicunt, sed quia & falsis plerisque confidunt: & ubi vera inueniuntur dicere, à Christi gratia, que est ipsa veritas, alieni sunt. sed quæadmodum Aristoteles in hac cōtentione cū reliquis paciscitur? Cū in prima parte definitionis felicitatē, in actione mētis virtuti cōsentanea statisset, eius partis explicāda gratia multorū authoritates vnum in locū aggregauit: quas aliqua ex parte cum hoc instituto cōgruere, consentireq; demonstrat.

<sup>1</sup> Ac primum peruetere de honorū diuisione sententiā occupat, ex quibus primas partes bona mētis obtinet. Quato enim animus illustrior est, tanto illustriores & clariores virtutes efficit: fortuna autē & corporis accessiones parue & exiguae sunt: ut quæadmodū stellæ in radio solis, sic ista in virtutū splendore vix, aut ne vix quidē appareat. Plato, Cūm tria, inquit, sint, in Lib 5. de quibus homines studiū ponunt, ultimum est pecunia studiū, mediū corporis, legibus. animi primū. Cicero, Sint, ait, tria genera honorū, dum corporis & externa iaceat humi, ac tantūmodo quia sumēta sunt, appellantur bona: alia autem diuina longè latèque se pandant, ceterumque cōtingat. Ut ea qui adeptus sit, cur eū beatum modo, ac non beatissimū iam dixerim? Eadē opinio de dignitate virtutū, & honestarū actionū populari sermone probatur, οὐ τέλος τῆς πρότερης διδαχού: id est, eum, qui beatus sit, bene vivere, & bene agere: qua oratione vetustas primā dignitatem summāque bonis animorum tribuebat, quod certè approbandum est, modo tamen in vita & corpo-

re vera felicitas ne statuatur. 2. Sequuntur alia sententia de summo bono partim simplices, partim copulatae. Simplices tres ab Aristotele ponuntur, prima virtus, secunda prudentia, tertia sapientia. Copulatae sex possunt: aut enim virtus, aut prudenter, aut sapientia cum voluptate iungitur: aut rursus haec res iuncta cum prospera fortuna connectuntur: in quibus omnibus aliquid esse quod improbari, aliquid etiam quod probari, & ad superiorem definitionem conformari possit, Aristoteles arbitratur. Sed reiectis aliis, tres tantum ipse sumit, virtutem, voluptatem, prosperam fortunam: cum quibus suam felicitatem conciliare conatur. 3. Argumento de virtute antea responsum est: Similitudo autem qua nunc vtitur, fallax est, & Stoicorum iudicio ridicula: qui non modo virtutis usum, sed ipsum etiam habitum per se praelarum & perfectum esse existimant, nec virtutem cuiquam adesse, quin ea semper vtitur: nec vero ab actione magis virtute posse separari, quam a fluxione fluuium, aut ignem a calore. Itaque quāvis vt athletis corporis exercitatio, sic praestantibus viris virtutis usus laudem & dignitatem pariat: non tamen sequitur, vt virtus in quoquam homine insit, qui nihil in vita recte, aut honeste prorsus agat: cum ipsa semper hominem ad bene agendum excitet, & inflammet. Atque hactenus cum virtute pactū esse videtur ea conditione, vt felicitas sit virtutis actio, virtus autem ipsa ne sit felicitas. 4. Transit hinc Aristoteles ad conciliationem voluptatis, qua in summo bono ducenda non est, sed summo bono voluptas perpetua comes adiungitur. Omnis enim honesta actio plena est iucunditas & delectationis: de qua libro 10. copiosius dicetur. Hoc loco ad eam rem explicandam tres perfecti syllogismi sunt:

Primus,

Cuius quisque rei cupidus est, ea delectatur:

Vir bonus est honesta actionis cupidus:

Itaque vir bonus honesta actione delectatur. Secundus,

Quae per se iucunda sunt, bonis viris afferunt delectationem:

Actiones virtutum sunt per se iucunda:

Quare voluptatem bonis viris adferunt. Tertius,

Quae iucunda estimantur, talia sunt:

Actiones virtutis iucunda estimantur:

Tales igitur actiones virtutis sunt.

Quamobrem superiora illa de virtute & voluptate testimonia cu Aristotelis felicitate ea ex parte conuenient, qua summum bonum optimum & honestissimum esse dicitur, quod est virtus: & iucundissimum, quod est voluptas: qua tria dissimilitudine delicii carminis beata vita simul iuncta esse declarat: cuiusmodi apud Theognidem poetam legimus ver-

cap. 5.

bis penè iisdem: sed secundo versu in pentametrum commixtato,  
Καλλισοφ τε θεωρότατη, λόγος οὐδὲ γένος αἴτιον εἶπεν:  
Πράγματα δὲ τερπνότατη, δύναμις εἶπεν τε καὶ πρυχθῆ.

5. Adiungit postremam sententia de fortuna accessione, quem disputat necessariam esse felicitati: quae disputatio nō ex Academia subtilitate, sed ex infima imperita & damnata plebis face deprompta est: longè enim aliter à Platone didicerat, cuius oratio cōtrariū prorsus affirmat. Reclē igit Lib. 5. de tur, inquit, sermo nōster afferit valde diuines viros bonos non esse: quod si legibus boni non sunt, fālices nō erunt. Sed, vt dixi, ignavia ista, & imperitia vulgi est, que Aristotelē tantopere placuit, vt ad regendam auarissimam cupiditatem alii quoque idem persuadere conatus sit: nec immerito apud Lucianum ab Alexandro discipulo notatur, ubi Diogenes colloquitur cum ipso Alexandro. Diogenes. Quid fles ὡς stulte? nōnne Aristoteles sapiē te docuit, ne putares ea firma esse, que pendent à fortuna? Alexand. Sapiens. cūm sit ille omnium adulatorū perditissimus: permitte queso me solum Aristotelis facta scire: quām multa à me petierit, quae scripsit, quemadmodum mea ad doctrinam & literas ambitione abusus sit, cūm me modo coleret atque laudaret ob pulchritudinem, tanquam & ea pars quædā esset summi boni: modo ob res praeclaræ gestas atque ob diuitias: Nam & putabat in bonus esse, ne sibi virtus derteretur, cūm & ipse eas acciperet: præstigiosus ὡς Diogenes, plānē homo & fraudulentus. Hic tamen Aristotelis locus stultos & imperitos Christianos sua sponte aliqui ad hanc diuitiarum libidine propensos tuerunt ac protegit: nihil enim aliud ambitiosi atque auari habet in ore, quām hoc sacro sanctum videlicet Aristotelis oraculum,

Nemo potest res præclaras agere, cui facultates defunt:

cūm audire quotidie legerēque possint aduersam illā repugnātēmque diuite atque aternā veritatis vocem diuitias increpantes, & à vera felicitate detectantis ac reiicientis. Nā cūm iuuenis locupletissimus admonitus à Christo, vt abiiceret fortunas & opes suas, tristis confessim discessisse, Christus ad discipulos suos cōversus, Quām difficulter, inquit, qui pecunias possidet, in regnum Dei intrabunt: discipuli autem verbis illius obstupuerunt. At Iesus rursus, Filij, inquit, quām difficile est eos qui fiducia in pecuniis ponunt, regnum Dei intrare. Facilius est camelū per foramen acus ingredi, quam diutem in regnum Dei ingredi. Neque vero diuitiae instrumenta sunt virtutis, vt Aristotelē existimant. Consideremus enim in singulis generibus virtutū, si instrumenta ista defint, an virtus nulla futura sit: & an nihil sine diuitiis præclare agere possit. Quid igitur qualis regulus tum cum refectis palpebris illigatum in machina Carthaginenses cruciabant, nunquid fortis

ter & præclarè pati videbatur? Quid Aristides, cùm tam pauper Athenis esset, ut patre mortuo dote filiabus Resp. largiretur, iustè agere & viuere non potuit? Quid ceterarum virtutum exempla proferam? An arbitramur liberalitatem marsupio & arca, non animo & voluntate contineri? An non liberaliorem esse, qui opera quām qui pecunia iuuerit? qui animo quām qui nummo sustentari? Non arbitramur liberalius esse consolari affictos, ad bene sperandum cohortari, reuocare à vitiis, ad virtutem & honestatem ducere, instituere, subleuare: (que omnia & ab animo proficiuntur, & referuntur ad animū) quām largiri caducū aliquid & fortuna subiectum, ut diuitias, & opes ad ornandum & aleendum corpus? Neque tamen in iis, si qua estimatio est, rerū ipsarum magnitudine & copia metienda est, sed animo & voluntate. Quid enim aliud veritas in Euangelio denūtiat? Cūm sederet Iesus ē regione gazophylacy, spectabat ut populus mitteret as in gazophylacium: & multi diuites mittebāt multa. Venit autem quedam vidua pauper, misitq; minuta duo, quod est quadrans: vocatisque ad se discipulis suis, ait Iesus: Amē dico vobis, hac pauper vidua plus misit, quam omnes qui miserūt in gazophylacium: Nā omnes ex eo quod ipsis supererat, miserūt: hac autē ē penuria sua omnia quācūque habebat, misit totam substantiam suam. Persequitur Aristoteles connexam superioribus erroribus vanitatem, & à felicitate sua deformes, ignobiles, cælibes, sicut antea pauperes, reiicit: in quo non solum insipientiam suam coarguit, sed sibi quoque ipsi imprimis magnam facit iniuriam: Eſſe enim Aristoteles beatus non potuit, si verum hoc loco dicit: fuit enim ille ipse deformitatis reprehensor valde deformis, ut Diogenes Laertius ait, & annulus vestitusque splendida ad tegendam corporis deformitatem rebatur. Et si solos nobiles ut principes, & reges, beatos Aristoteles existimat: quo pacto medici filius, qui de cocto patrimonio ipse venena vendidisset, beatus esse potuit, si hoc loco vera dicit Aristoteles? De cælibatu vero tametsi Euangelica veritate definita quæſtio est, monachus tamen & sacerdotibus eam disceptandam relinquo, ut videant ipſi, an Aristoteli credendo se miseros & infelices existimare velint. Quid vero de sceleratis liberis, aut mortuis amicis respondeam? viuorumne felicitatē labefactant? Et haec somnia sunt eiusmodi, ut à retula aliqua delirante somnianda potius, quam ut à philosopho aliquo in preceptu bene viuēdi ponenda esse videantur. Proferam fortunam nullus unquam graui philosophus, aut beatam vitam, aut beatā vitā adiunctam putauit, quam cum Theophrastus Aristotelis discipulus mollis & delicatus ex opinione vulgi probasset, vexatus est libris & scholis reliquorū philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam: vitam regit

fortuna, non sapientia. Negant, inquit Cicero, ab illo philosopho langui- Tuscul.5. dius quicquam esse dictum. En Aristotelei vestri principi non dico, ut ante, falsam & impiam, sed ineptam delirāmque de summo bono senten- tiam intelligitis: Fortuna nihil leuius, nihil inconstantius, nihil stultius. At Aristoteles nobis summum bonum hunc volubili & precipiti rota in- nixum finxit, ut quoties de rotā huīus volubilitate vir bonus cogitabit, to- ties metuat de felicitatis maximique boni impendente atque imminentे periculo, ut tuto & tranquillo animo esse nunquam posset.

<sup>1</sup> Vnde etiam quæſtio nascitur, quid sit, quod efficiat Cap.9. beatam vitam, doctrinā, an cōſuetudo, an alia quæ- dam exercitatio, an diuina prouidentia, an casus ali- quis & fortuna: ac si quod est aliud deorum immor- talium munus in homines collatum, credibile est feli- citatem quoque à diis ad homines cælitus demanasse: idque maximè, quod reliquis hominum bonis hæc ipsa præcellat: sed de hac re alias fortasse magis proprio lo- co disputabitur. Illud vero satis constat etiam si cælitus à diis ad homines demissa non sit, sed comparata fa- cultate hominis, & doctrina, & exercitatione: rem ta- men esse maximè diuinam, summèque admirandam: virtutis enim pæmium, & finis optimus, cælestis, ac bea- tus est, isque ad multos homines latissimè propagatur, cùm ab omnibus doctrina & studio comparari possit, qui sine vlla labore, vitiisque naturæ mentem sanam, inte- grāmque habent. Quod si hac via & ratione beatum esse melius est, quām fortuna & casu aliquo, consentaneum certè est, cùm ad naturam illustrem & eximiam accesserit cōfirmatio doctrinae, studiūmque exercitatio- nis, tum beatam vitā existere. Quæcumque enim secun- dum suam naturam quām optimè sunt affecta, ut quām

optimè sese habeat, nata sunt: itēmque cūm omnia præclarā sint, quæ gignuntur ex artibus, & omnibus causis, tum maximè, quæ ex causa principe, omniūque præstantissima: <sup>3</sup> valde autem absurdum fuerit fælicitatem rem omnium maximam atque honestissimā inconstanti & cœcæ fortunæ acceptam referre. <sup>4</sup> Ad quod etiam declarandū superior definitio fælicitatis valebit: docuimus enim esse actionem mentis congruentem cum virtute: reliqua autem fortunæ & corporis bona partim necessitate quadam beatam vitam comitari, partim vi sua velut instrumenta aliquid adiuuare: quæ omnia cum his quæ initio dicta sunt, quām optimè quadrabunt: ciuilis enim scientiæ finem summum bonum esse diximus: quæ id agit maximè, ut ciues bonos & bene moratos efficiat, & in optimis virtutum studiis exercitatos. Quare merito ac iure confirmare possum, nec bouem, nec equum, nec aliud quodvis animal particeps esse fælicitatis, cūm nihil horū sit ciuilium officiorum particeps, quæ à virtutibus profiscuntur: ob eāmque causam ne puer quidem beatus est, cūm per infirmitatem & imbecillem etatem nondum ad obeunda officia rationis habilis promptusque sit: qui verò pueri beati vocantur, non reuera, sed expectatione quadam sic appellantur: quod nobis à puero magnam spem adferat futuræ virtutis, summaque probitatis: <sup>5</sup> nam summum bonum duas res maximè requirit, ut antè dixi, perfectam virtutem, consummatamque vitam: multæ siquidem vicissitudines, variisque rerum humanarum casus

incident: fierique potest, vt qui amplissimis fortunæ beneficiis ornatus etate longissimè processerit, in maximas incidat calamitates, quemadmodum in heroicis libris de Priamo Troianorum rege fabula nobis decantata est. Eum verò qui tam aduersos fortunæ casus subierit, &, sicut ille Priamus, mortem obierit, nemo beatum fælicemque prædicabit.

<sup>1</sup> Ad illustrandam definitionem Aristotelei fælicitatis quatuor questiones disputantur: Prima querit de causis efficiētibus beatam vitam, quarum quatuor propositis due tolluntur, Deus & fortuna: due retinentur, doctrina & exercitatio: que oratio si rāntummodo vana hominī loquacitate peccaret, & cuncte ferenda esset: Hic enim Græculi hominis mos est, ut quocunque de re dicat, in ea multus, quām moderatus videri malit: nam cūm antea satis supērque docuisse ciuilem scientiam esse doctrinam beatæ vite, & beatam vitam actione & exercitatione virtutis definisset, tamē hoc loco idem saxum voluit, versatque: & inani repetitione rem eandem saepius nobis inculcat. sed hoc nugatoria repetitionis vitiū Græco homini condonandum est: sententie diligenter astimanda sunt, in quibus grauius peccatur. <sup>2</sup> Aristoteles enim manifestissimum impietatis sue argumentum nobis exhibuit, cūm disputat bonum à Deo nullum hominibus tribui. Syllogismum secundi modi arbitror diligentius animaduertendum esse: cuius propositio affirmatè constituta est:

Si quod est aliud deorum immortalium in homines collatum munus, credibile est fælicitatem quoque à diis datam esse:

sed fælicitas à Deo data non est:

Nullum igitur bonum à Deo hominibus datur.

Assumptio quia totum impietatis crimen cōtinebat, timide & latenter indicata est his verbis. sed de hac re alias fortasse magis proprio loco disputabitur: illud verò satis constat etiam si calitus ad homines demissa non sit, sed comparata virtute hominis, & doctrina, & exercitatione, rem tamen esse maximè diuinam: non enim hic aperte dicit Aristoteles fælicitatem nobis à Deo non dari, sed ut quodammodo inuidiam tanti sceleris declinaret atque auerteret, hac sophistica versutia vñus est, quam postea tamen aperitissimè declarat. Cūm enim proposuisset quatuor, quibus videbatur fælicitas effici, Deum declinat, fortunam reuicit, consuetudinis duntaxat & doctri-

na hanc vim & facultatem putat esse. Itaque ut hic Aristoteles qualis est, intelligatur, syllogismum totum rursus perspicue colligamus:  
Si quod est bonum hominibus à Deo datum, felicitas est:  
sed felicitas non est à Deo data:  
Nullum igitur bonum hominibus à Deo datum est.

Considerate iam mecum Aristotelei, quale fundamentum religionis Christiana nobis constitutum: considerate Aristotelem vestrum hec loco Epicureum esse. Sic enim Epicureus Cotta apud Ciceronem loquitur, ut hic Aristoteles: Virtutem, inquit, nemo inquam acceptam Deo retulit, nimis recte: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute recte gloriamur: quod non contingeret, si id donum à Deo, non à nobis haberemus. Neque necesse est vanitatem distinctionis comminisci, qua defendatur Aristoteles: nota sunt atque aperta eius prelégia ad fallendum & imponendum, non solum præceptis tradite, verum etiam multo pluribus locis, quam veritati & religioni expediebat, exercitata. Quis enim locum illum in topicis non nouit, ubi Aristoteles docet, cum inciderimus in periculum & difficilium locum, quem nec probare, nec sustinere tamen velimus, temporis instantia videntur esse? faciendūmque quemadmodum hoc loco magister ipse facit? Qui cum Deo felicitatis humanae causam tribuere nollet, nec tam id aperte propter impietatis crimen negare auderet, nobilem illam temporis instantiam de more occupauit. sed hoc, ait, alio loco commodius fortasse disputabuntur. Verum cuius est, o Aristoteles, aut disputationis, aut temporis de prima, summa, propria, vera felicitatis humanae causa querere, nisi cum de ipsa felicitate agitur? Cuius est disputationis atque temporis de causis bene adificandi querere, nisi cum de architectura præcipitur? De causis valetudinis vel tuenda, vel restituenda, nisi cum de medicina dicitur? Cuius ergo est o Aristotelos metaphysica, credo: ubi cum multa tuo more tenebris infinitis conturbasti, de Deo quid sentires, certi nihil explicasti: nullum in physica opus magnum atque egregium dedisti, quod cum diuina mente effectum esse dices, aliquid te de Deo sufficatum esse putarem: non fabricam mundi, non homini, non animantium, viventiumque ceterorum, non prouidentiam horum omnium: ut hæc nobis de te considerantibus minimè mirum videri debeat, si nunc tandem felicitatis humanae causam Deo quoque, sicut superiora illa, detrahas: nisi forte hoc aliquis excusare velit, dicatque te mundanam quandam (id est quemadmodum antea de sententia Christianorum dixi) diabolicam felicitatem definire. 3. Omitto fortunam, que iusta ratione ab hac questione rejicitur: 4. nihil de doctrina ciuili & actione virtutis Aristotelea dispergo: de his enim à nobis satis

multa dicta sunt: 5. Venio ad illud consuetarium, quo probat Aristoteles felicitatem non parte aliqua vita, sed toto etatis spatio feliciter traducto esse definiendam: in quo argumentum de suppliciis, quæ supremis vita diebus interdum feruntur, levissimum, & Christianis hominibus absurdissimum est: quasi vero non sint magis gloria mortes feliciter in periculis morientium, quam in lectulis delicatis extinctorum, aut non lucent ipsa in periculis virtus, quemadmodum Ouidius ait,

Lib. 5. Trist.

Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus,

Apparet virtus, arguiturque malis.

Hoc Aristotelis argumento Christus beatus non fuit: Quavis enim sanctissime dixerit, & in morte virtutes omnes constantissime retinuerit, incidit tamen in Priami calamitates, & à Iudeis indignissime vexatus, & in crueum sublatu turpiter & ignominiose iudicio populi Iudaici mortem obiit. Priamus rex Troianorum maximis virtutibus & opibus, quinquaginta etiam liberorum prole ornatus ad senectutem & que felicissime vixerat, sed illum & prole, & discipulis, & regno orbatum, cum ad aram confusisset, hostilis vis interemit: sic enim de Priamo Virgilium ait,

Quinquaginta illi thalami spes alta nepotum,

Barbarico postes auro, spoliisque superbi

Procubuere. Et paulo post de Pyrrho intersectore loquitur,

Hæc dicens altaria ad ipsa trementem

Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati:

Implicitumque comam leua, detraque coruscum

Extulit, & lateri capulo tenus abdidit ensim.

Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum

Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem

Pergama, tot quondam populis terrisque superbum

Regnare. Afie: iacet ingens littore truncus,

Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Aristoteles stultissimam vulgi opinionem sequutus Priamum beatum fuisse non putat, quod supremis vita diebus tot res aduersas passus sit. Quæ molles doctrine non tantum à Christianis, sed etiam à mollesimis Epicureis, ut ante dixi, reprehenditur, qui dicunt sapientem si in tauru phalaridis torqueatur, dicturum tamen, quam hoc suave, quam nihil curio. Neque ad tantam levitatem refellendam verissima martyrum nostrorum testimonia preferenda esse existimo, cum irridendus potius hic error, quam argumentis refellendus esse videatur.

e. i.

**Cap. 10.** <sup>1</sup>Sed requiretur fortasse nunc, cùm fælicitas hominis sit in perfectione & perpetuitate vita, an non liceat quenquam, dum spiritu lucéque fruitur, beatum putare: sed extremum vitæ finem spectare <sup>2</sup> sentētia Solonis oporteat? & si hoc nobis concedendum est, an tum demū beatus sit futurus, cùm de hac vita discesserit? <sup>3</sup>An hoc quidem probabile non sit, præsertim cùm summum bonum confirmemus aliqua virtutis actione contineri? Quòd si fælicem negamus eum, qui sit mortuus (nec hoc sapiens ille Solon statuit, sed tum putat in beatis tuto numerari posse, cùm desierit esse miseriis humanis, & calamitatibus obnoxius) attamen de hac quoque remagna & difficilis quæstio est: quemadmodum enim viuis nihil sentientibus (vt si dormientibus aut peregrinantibus obtigerit hæreditas, aut rerum domesticarum aduersa quædam calamitas) sic mortuis & bona, & malæ sine ullo sensu videntur accidere, vt decus & infamia: itemque liberorum & posteriorum res tum prosperræ, tum aduersæ. Hæc etiam quæ sequuntur, scrupulum quendam nobis iniiciunt, quòd qui ad extremam usque senectutem sanctissimè beatissimèque vixerit, & in ea sanctitate perseverantiæque rationis, è corporis vinculis euolarit, post mortem pro natura & conditione posteriorum commutari posse videatur: quorum alij bene, & cum dignitate viuant, alij contrà sceleratè, & cum infamia, neque etiam in variis casibus, qui parétabus accidere possunt, uno semper atque eodem modo sit affectus. Atqui hæc inter se rationum momenta pugnant,

quòd absurdum sit quenquam post mortem tam varie commutari, vt modò beatus sit, modò miser: absurdum quoque sit, quæ posteris viuisque contingunt, ne vel ad punctum quidem temporis ad mortuos parentes peruenire. Sed ad rem nobis propositam reuertamur: quæ si cognita perspectaq; fuerit, fortasse satis erit ad id diuidicandum, quod quærimus. Si igitur extremum tempus spectandum est, vt decursu vitæ spatio tum demum beatus aliquis habeatur, non quòd tum beatus ipse sit, sed quòd antea, cùm viueret ex virtute & ratione, fuerit, cur non sit absurdum, cùm in eo fælicitas insit, fælicem tamen eo tempore verè non posse nominari? quia propter varios & ancipites fortunæ casus homines dum viuunt, nolumus beatos affirmare: & quia beatam vitam firmam & stabilem esse, nec in aliqua parte ætatis, sed in vniuersa vita arbitramur: fortunam verò dominam vicissitudinis ac varietatis sæpe in eosdem viuos quibus afflauit, subito reflare. <sup>4</sup> Nam si ad nutum fortunæ beata vita nobis dirigenda est, eundem modò beatum, modò miserum, nec satis constantem beatum, sed <sup>5</sup> chamæleōti colorem subinde mutanti persimilem esse verè cōfirmabimus. At verò nos ad casum fortunamque fælices esse nullo modo rectum est: non enim bona aut vitiosæ actiones in eius deæ potestate sitæ sunt, quāvis hominis vita (vt antè dictū est) huius muneribus & beneficiis egeat: Actiones autē quæ ducuntur à virtutibus, beatā vitam, quæ ab aduersis vitiis, aduersam, id est, miserā & infelicē gubernat. Atque huic sententiæ cōsentantur.

neum est id de quo agitur, propterea quod nullae in rebus humanis actiones tanta firmitate constantiaque nituntur, quanta sunt haec, quas virtus ipsa gignit, in quibus multo plus stabilitatis inest, quam in scientiis & artibus: Atque earum ut quaeque maxime alius dignitate praecepsit, ita firmissima constantissimaque est: quod in huiusmodi principe genere actionum maximè & diutissimè vita felicis hominis propagatur: quae causa videtur esse, cur ab obliuione vindicerur, & fama prædicationeque hominum perpetua commendetur. Quamobrem vir beatus talibus officiis fungetur: talēmque sese præstabit per uniuersam vitam. Semper enim vel maximè in eas actiones incumbet, quae ad decus & honestatem spectant, & casus perbellè, vultuque semper eodem feret omnes, cum sit verè bonus, & quadratus sine vlla reprehensione. Cūmque fortuna sit effictrix multarum rerū magnitudine, & exiguitate tum commodi, tum incōmodi differentium, nemine equidem ignorare arbitror in paruis & exiguis rebus siue secundæ siue aduersæ fuerint, nullum esse momentum ad beatam aut miseram vitam: magnis autem commodis fortunæ felicitatem augeri, quod multum splendoris & ornamenti vir bonus ex his consequatur: quorum etiam usus in vita splendidus & illustris existit, sicut autem fiat aggregatio maxima rerum aduersarum, quoniam & dolores efficiunt, & actiones virtutis impediunt, ab his quidem beata vita frangitur & luditur: Sed tamen & in his ipsis quedam dignitas hominis elucescit, maximè

cum quis ita animo affectus est, ut duros & acerbos casus modestè pacatèque ferat, non agresti sensuum stupore, immāniq; patientia, sed generosa celsitudine mentis atque nobilitate. Quod si virtutis actiones (ut antè dixi) principes sunt ad bene beatęque viuendum, nemo qui beatus sit, esse miser poterit: nūquam enim commitet, ut ullam sceleris cuiusquam inuidiam subeat. Nam vir bonus, & is quem sentimus sapientem, hanc mea quidem sententia vim habet, qua externis fortunæ procœlis, tempestatibꝫque nunquam succumbat: & ex his quae in seipso posita sunt, semper optima & excellentissima quaeque studiose persequatur: quemadmodum & bonus imperator exercitum quem dicit, ad usum belli rerūque momenta varie conuertit: & sutor ad conficiendos calceos habiles & aptos ad pedē propositis sibi pellibus quam aptissimè potest, utitur: itidemque reliquarum artium homines & instrumentum, & materiam, ad id quod instituunt, accommodant. Quae cum ita sint, ex beato miser esse nemo potest: nec tamen beatus erit, quisquis in eandem fortunam, quae Priamum senem afflixit, inciderit: neque etiam varius atque mutabilis: quoniam beatum hominem non facile quilibet casus, sed tantum graues & turbulenti de statu dimouebunt: qui si tamen vehementius urgeant, non ille quidem exiguo tempore, sed diuturno perfectoque ad illum summum (vnde exciderat) gradum felicitatis sese rursus extoller, cum in ea longa progressionē rerum gestarum laude & gloria floruerit. Quae res igitur obstat

e. ij.

quominus eum beatū definiamus, qui perfectæ virtutis officiū sequitur, fortunæque muneribus cumulatè frui-tur non in aliqua parte ætatis, sed in perfecta consummatâque vita: an etiam ad hanc definitionem id accede-re oportebit, ut præclarè fælicitéque vitam sit actu-rus, eodemque modo supremū vitæ diem obiturus? quo-niā quæ euentura sunt, quæque sequuntur, ita sape sunt obscura, ut vix sciri aut prouideri possint. Summum au-tem bonum perpetuitate, constantia, perfectioneque vi-tæ à nobis definitum, circumscriptumque est. Quare ex-bis qui viuunt, beati illi quidem mihi videntur, qui tri-bus honorum generibus, de quibus antè diximus, cumu-lati sunt: ac beati quidem homines, id est huiusmodi, ut in hac vita variis fortunæ casibus & inclinationibus temporum subiecti sint, atque obnoxii.

1 Cùm fælicitas definitio duas partes habeat, priorem Aristoteles cùm testimonio aliorum, tum suis, & propriis argumentis exposuit: poste-rioris explicanda gratia questione hoc loco mouet, sítne aliquis dum viuit, beatus appellandus? disputatque summū bonū perpetuitate dīta cōstare, cùm & singula partes ætatis bene & fæliciter æcta sunt, & extremus ille tan-qua actus finisque vite iucundè & prosperè concluditur. Sententia est nō so-lum cōtra verissima Platonis monita, sed etiā contra Christianæ religionis pietatem, quæ fælicitas homini nō in vita, sed post mortem in calo statuit. At grauit est, & minime contemnenda Aristotelis authoritas, dicet ali-quis: plerique enim tantum ethnici huius autoritatis tribuunt, ut non du-bitent diuinae autoritati comparare: qua impietas eo magis execranda est, quod ab hominibus Christiani, id est, veram pietatem profitentibus defendit. Et contra hunc tantum errorem Euangelicam veritatem non oppo-nam, quæ nota Christiani esse debet, sed contra Aristotelicae authoritatis inscitiam, vanitatēque diuum Augustinum preferam: Dixit hoc Ari-stoteles? Adiunge illum petre, & absorptus est: Quid est Aristoteles? Au-diant, quia apud inferos contremiscit. Et certè hic error est Aristotelis pro-

prins. Aliud enim à Platone doctus fuerat, qui multis locis affirmsat veram fælicitatem esse post mortem expectandam, non in hac vita querendam. Etenim libro ultimo de Republica, sicut in disputatione de Ideis paulò antè meminimus, hoc ait, Si verè philosophus est, illa apud eum multum valere debet opinio, ut non alibi puram sapientiam se consequis fperet, quam cùm ē vita decesserit. Et in Phadone, Quare Socrates dum in hac vita sumus, ita nos parare debemus, ut minimum nobis sit cum corpore cōmercy, ut puri & integri, cùm Deus hinc nos migrare iussit, cum similibus, id est puris & integris versemur. Idemque Plato scribit in Epinomide, & in cōniuio. Nec est quod excusationis gratia distinctionem vanam somniemus: quod Ari-stoteles humanitus, Plato diuinitus sit loquutus: humana enim ista fælicitas, quæ ab Aristotele instituitur, à Christianis alias mundana, alias dia-bolica dicitur: eaque fælicitas impiorum & verè miserorum propria est: quemadmodum suo loco ante planius & copiosius ostendi. 2 Princi-pio autè huius disputationis citatur solonis authoritas, qui à Cræso rege Ly-dorū ostētantis magnis opibus de regia fælicitate interrogatus, si quis, ait, officiis vita rectè perfunctus diem quoque suū rectè obierit, is est, quem que-ris, dignus qui vocetur beatus: priusquam tamen ad obitum peruenereit, ne-quaquam beatus appellandus sed fortunatus. Huc illud Ouidij spectat, Metam. li. 3.

-scilicet ultima semper

Expectanda dies homini, dicitque beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

3 Deinde argumenta leuisima ad utramque partem questionis ad-hibentur de mortuis, quos alij viuorum casibus affici, alij nullo modo mutari putant: atque, ut verè dicam, quod res ipsa indicat, totum hoc genus ar-gumentationi quod Aristoteles sequitur, tam varium & incōstans est, ut chameleon simile videatur. 4 Chamaleon, ut ait Plinius, circa Pha-sin nascitur, & in India: solisque animantium nec cibo, nec potu pascitur, nec ullo alio, quam aeris alimento, & coloris natura mutabilior. Mutat na-que cū subinde, & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque semper quæ-cunque proximè attingit, prater rubrum candidumque. Nullum animal pa-uidius est, ideoque existimat versicoloris esse demutacionis. Atqui ut Chamaleon colorem, sic Aristoteles sententia dictiōnem subinde nobis va-riat, qui hac vna disputatione modo beatā vitam extra fortunam statuit, modo casibus aduersis eandem subiectam facit. Aristotelis argumenta quō facilius qualia sint, iudicentur, disponam:

5 Si euentus fortuna sequamur, idem modo beatus, modo miser erit:

At non est rectum fortunam sequi:

e. iiiij.

Quare mutabilis & inconstans beatus non erit, quem res aduersa  
non immutabunt: & ut ait Horatius,  
Si fractus illabatur orbis,  
Impauidum ferient ruina.

6 Itaque talem virum appellat quadratum à quadrata figura, qua ex linea in seipsum ducta gignitur: ideoque & lateribus, & angulis equalis sibi omnino est: unde propter hanc equalitatem laterum & angularium, cum perfectum aliquid significare volumus, metaphorū istius vtimur, redigere in quadratum, & quadrare: & quadratum hominem dicimus, vel quod semper idē suig̃ similis, loco vloco illā & aquabilitate vita factis que tuerit, vel quod vir bonus & sapiens totus est aptus ex se se, & penitus in seipsum conuersus, ut sua virtute contentus nihil extrinsecus à fortuna requirat, quae Aristotelis oratio in virum bonum ap̃tissimè quadrat: sed nescio quomodo repente chameleotis instar aliis atque aliis appetet Aristoteles, ut qui modo fortuna varietatem continebat, nūc ab ea flecti beatam vitā, mutarique dicat: in quo merito reprehēditur ab omnibus philosophis statuentibus tam exigua esse vim fortunæ, ut nec virtutis usum multū adiuuet, si adsit: nec si absit, impedit. 7 Quid quod nobis diligētissimè Aristoteleā rationem perpendentibus secum ipsa pugnare videbitur oratio? Nā si virtus in rebus aduersis maximē splēdescit & illustratur, ut Aristoteles ait, queso cur nō tum vir bonus beator & florentior existet, presertim cum virtutis actio sit causa felicitatis? & si priamus fortiter pro patria contra hostem dimicantis interierit, cur nō iudicabitur ille beatissimus, quem virtus integra & inviolata ne in extremo quidē spiritu deseruit, sed ad regum usque prosecuta est? & cum fateatur Aristoteles satis magnā vim esse in virtutis ad misericordiam, cur etiā non dabit eandē vim in virtute esse ad beatā? Contraria enim contrariorū sunt consequētia. Sed mirū est, quantum Aristoteles in oratione quā de beata vita instituit, acutē philosophatis dissimilis sit. Quāuis enim interdum falsa docetur à philosophis, mirabilis tamē est apud eos cōtextus errorum: respondent ultimi primi, medij & trisi, omnes omnibus. At Aristoteles, ut alias sape, sic hoc loco nō tantum falsa, sed inconsequentia & pugnantia dicit: Nam cūm ad consequendam felicitatem, vnicam duntaxat causam nobis proposuisse, actionem perfecte virtutis, interdum tamē viros bonos quāuis sint iusti, quāuis temperantes, quāuis fortes, quāuis reliquā viri studiosi, negat esse beatos, si morbo, si ignominia, si dedecore, si suppliciis & graibus tormentis afficiantur. Qua cūm ita sint, quomodo potest Aristoteles non dicam impudentie, sed inconstantie & leuitatis crīmē effugere? sed ut extreum aliquid habeat oratio, subductis rationibus con-

cludit hominem in vita non absolute, sed ex conditione appellandum esse felicem: videlicet si in abundantia fortuna, dignitate & prosperitate rerum omnium virtutem in vita sequutus praelare & fortunatē moriatur.

Atque hæc quidem hactenus.<sup>1</sup> Quæ vero posteris Cap. II. amicisque contingunt, si quis dixerit ad mortuos nihil omnino pertinere, valde ab amicitiae legibus, & opinione populi discrepare videbitur. Sed cū multa posteris accidant, & magna dissimilitudine, ut alia propius, alia longius mortuos attingant, de singulis disputare longum & immensum esset. In genere autē summatimque fortasse satis erit, hoc modo: si quemadmodum viuorum calamitates aliae plurimum ad labefactandum beatam vitā valent, aliae leuiores sunt: sic dispare sint quæ contingat amicis mortuorū, ob eāmque causam modò gravius, modò leuius mortuos afficiant: & quāquam multū intererit, an viuis, an mortuis casus eveniant: ac multò etiā magis, quām an res nefarie, grauesque imitatione histrionū in tragœdiis represententur, an ab hominibus per furorē & scelus agantur. Animaduertēda igitur est hoc modo rerum dissimilitudo, immo etiam fortasse magis de mortuis dubitādum est, an posteriorum fortunam siue prosperam, siue aduersam communem sentiant: videtur enim ex his quæ diximus, si quid sit siue bonum, siue malum quod ad eos perueniat, id aut suapte natura, aut ipsis exile atque exiguum esse. Siquidē non tantum, ac tale est, ut aut eos qui beati non erant, beatos efficiat: aut his qui beati erant, beatam vitam auferat. Quare prospeli, aut aduersi casus videtur aliquid momenti mortuis adferre, sed tamen eiusmodi, ut neque ex

beatis infælices, neque quidius aliud efficiant.

<sup>1</sup> Tertia questio ex occasione superioris questionis mouetur, in qua de mortuis mentio quadam insecta fuit, ad quos alij diuorum casus pertinere, alij non pertinere arbitrantur. Res non ridicula modò, & stulta, sed ex antecedentibus expedita est. Si quis enim totam vitam secundū virtutem egreditur, Aristotelis definitione beatus est. Quare preteritum illud tempus reuocari nullo modo potest: & argumentum Aristotelis nō in aliqua solida ratione, sed in leuissima opinione vulgi fundatum est. Sic enim vulgus ait, si quis maiorum suorum glorie non responderet, Tu maioribus tui magnum decus, magnamque infamiam attulisti: quasi diuorum turpitudine & scelus mortuos afficiat atque contaminet. <sup>2</sup> Vtitur autem cōparatione minorum non explicata, sed inuoluta, ne impietas de anima mortalitate coarctatur: sententia Aristotelis est, Multum refert, an res nefariae, graueisque gerantur, an recitentur in tragœdia, quoniam illic vera sentiuntur, hic communitie singuntur & representantur: At multo magis refert viuis accident calamitas, an mortus: illis enim experientibus res acerba sunt: his qui nulli sunt, ut Aristoteles putat, velut in umbra obiciuntur. Nec mirum si Aristoteles ab Atheniensibus crimine impietatis damnatus sit, quod dogmata quadam ut occidere & occidere per uulgasset. Sic autem de anima loquutus est Aristoteles, ut non modo cuique librum ipsum legenti, sed summis eius sectatoribus ac interpretibus, Alexandro & Auerro in impia de mortalitate anima sententia fuisse videatur: ad quam impietatem atque per multi Aristotelis autoritate delapsi sunt: atque vtinam hodie ne tā multi laberetur: quibus disputatio de anima interitus Aristotelicum problema quoddam est, ut illis nihil interesse videatur, mortalis anima sit, an immortalis: immò vero non problematis, sed valde firma constansque probationis instar esse videatur. Sic enim Aristoteles de anima interitus ratiocinatur: si nullum est proprium opus anima separatum à corpore, mortalis est: Hac propositio ab eo primo libro posita est: ac ne quid inde male suspicionis caperetur, contrarij dubitatione relata: sed cōsequens disputatio aperte & perspicue confirmatur, Nullū esse proprium opus anima sine corpore: memoriam enim Aristoteles, que anima precipiū de multis opus est, omnino sine corpore nullam esse profitetur, & ideo in mortuū negat ullam inesse posse memoriam: intelligentiam vero quae prima, summāque anima actio est, totam cum corpore coniungit, negatque sine spectris & simulachris rerū corporearum ullam esse. Quamobrem tametsi Aristoteles reticet, aut potius metu pœna publica deterritus occultat conclusionem huius ratiocinationis, difficile tamen non est in disputacione de anima cum talis propositio assum-

ptioque sumpta sit, quid conclusio & senserit, intelligere.

Sed hæc hactenus hoc modo definita declarataue fuerint: <sup>1</sup> deinceps an summū bonum sit ἡ εὐαρεῖα, id est ex laudabilibus, an potius ἡ οὐιών, id est ex honorabilibus, inspiciamus. Constat enim naturale hominis facultate non esse. <sup>2</sup> Quicquid autē εὐαρεῖα, id est laudabile est, ideo laudabile videtur, quod aliqua qualitate præditum, ad aliudque quodammodo relatū sit: iustum nanque & fortē, & (ut uno nomine complectar) bonum virum, atque ipsam virtutem non propter se quidem, sed ob præclaras actiones, operaque laudamus: & robore corporis cursuque valente, ceterosque aliqua naturæ vi & præstantia præditos ideo laudamus, quod natura sint apti ad aliquod excellens & laudabile munus præstandū. Quæ vis nominis clarius ex deorū laudibus intelligi potest: quæ si ad nos referantur, ob id ridiculæ apparebunt, quod laudes debentur his, quæ non propter se, sed propter aliud laudantur. Quod si εὐαρεῖα, id est laus in his quæ ad aliud referuntur, penitus est, nemo dubitat rerum optimarum ac præstantissimarum nullam esse laudem, sed eas multo nobiliori titulo nomineque prosequendas esse. Cuius rei hoc argumētum est, quod deos beatos, fælicesque ducimus, & ex hominibus eos, qui proximè deorū vitam imitantur. Idemque iudicium de bonis rebus & honestis faciendū nobis est: Nemo etenim fælicitatē εὐαρεῖa, id est laudat ut iustitia, sed ut aliquid multo diuinius & melius in beatis & diuinis, & omnium optimis bonis esse dicit: recte etiam videtur

Eudoxus voluptate summum bonū terminasse: Nā cūm ipsa in bonis numeretur, neque tamē satis laudetur, satis cōfirmari putabat eam laudādis omnibus bonis esse meliorem: qualis autē esset Deus, tale summum bonū dīcebat, quod ad hæc duo omnia quæ sunt in hominū vita, referuntur. Ἐποκόνιον enim, id est laus virtutis est comes: qua homines ad res præclaras & honestas incitantur: ἐγκάρπια autē à dotibus factisque corporis simul & animi petūtur. Verū de hisce nominū rationibus accuratè differere magis propriū sit oratorum, qui delectationis aut hominis ornādi causa laudationes scriptitānt: modus autē nobis adhibendus est, propterea quòd hæc quæ dicta sunt, satis doceat fælicitatē esse τὴν οὐμίωρην τελείωρην, id est, ex bonis honorabilibus & perfectis: idque nobis argumento est, quòd fælicitas principiū sit, quòd hominū cōfilia & actiones omnes spectant: principiū autem & causa cur cætera omnia sint, cælestē quiddam τὸν οὐμίων, id est summo honore colendū, prædicadūque iudicamus.

1 Quartiā & ultimā questionē de circumstantiis fælicitatis disputat: si-  
ne τὴν ἐποκόνιον, id est, ex laudabilibus, ή μάλον ον τὴν οὐμίων, ex hono-  
rabilibus? que duo vocabula quānū apud Græcos τὸν plerunque confusa sint,  
scholastica tamē magis quam vera & vñitata subtilitate distinguit: subla-  
tōg priorē epitheto posterius scilicet οὐμίων, id est honorabile, maximē fæli-  
citati accommodatum esse censem. 2 Prioris partis syllogismus sic est:

Laudātur ea quæ aliquæ affectione prædicta sunt, quæq; alio referuntur:  
Fælicitas alio non refertur:

Nō igitur laudabilis fælicitas. Propositionis quæ ratio nobis adfertur?  
laudatur vir bonus, & virtus ipsa non propter se, sed propter actiones: At  
Aristoteles in rhetorici cōtrā omnino scribit, actiones propter virtutes lau-  
dari, quoniā facta signa sunt habitus: Quineria, ait, laudamus virū bonum  
ad Theodectē qui nihil agit, cum virtute præditū credimus. qui locus cū veris sit, (neque  
enim actiones propter se laudabiles sunt, sed quia testificantur virtutē, que

in se veram laudē continet) contradictionē hanc falsam coarguit. Et secunda propositionis ratio magis Aristotelis sententiā infirmare, quam cōfirmare vi detur: nam si ἐποκόνιον, id est laus nō est inferior Dei maiestate, quanto minus hominis beatitatē dedebeat? Nihil igitur in huīus distinctionis argumētū solidū atque expressum est, quibus ἐποκόνιον, id est laus à fælicitate remouetur: & τελείωσις, id est honor ei tribuitur: τρūque enim nomē de fælicitate verē dici & affirmari potest: nec satis constanti vulgi testimonio Aristoteles ad confirmationē huīus distinctionis vñtitur: Nō enim vulgus, nec docti omnino deos nō laudant: sunt enim laudes ut aliarū rerum, sic deorū à docti si-  
mis hominibus perscriptae: & ut Quintilianus ait, proprium laudis est res Cap. 9. lib. 3.  
amplificare & ornare, quæ materia precipue quidē in deos & homines ca-  
dit, tamen & aliorum animaliū, & carentium anima. Et Aristoteles ipse  
in rhetorici nō hominem solum & deū, sed etiam inanimata, aliorūque  
animaliū vñquodque laudari præcipit: συμβάνεται χρονὶς σπεδίης, καὶ  
μετὰ σπεδίης ἐπαντὶ πολλάκις οὐ μένον ἀνθερώπου, οὐ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ  
αὐλαχα, καὶ τῶν ἀληφῶν τὸ τυχόν. Nec verō Aristotelem reprehēdo,  
quòd Eudoxi philosophi autoritate nitatur, cuius sententiā de voluptate  
lib. 10. dñabit: sed quòd repugnat τὸν Graci sermonis, significatiōnū dis-  
tinctions excogitari. Etenim quemadmodū οὐμίων non solum de bonis absolu-  
tis dicitur, sed etiā de cōparatis & alio relatib; sic ἐποκόνιον in τριisque simi-  
liter inest. sic enim Isocrates ait τὸν τοιούτον οὐμίων τὸν τελεῖον τὸν τελεῖον  
διεποτεῖται, τοῖς δὲ ἀληφῶν τοῖς διορθῶσις. Aristoteles ad Theo-  
dectē, οὐμίων τοιούτοις οὐμάλιστα μὲν οὐ μάλιστα οὐ εὐεργέτητας, οὐ μέν αλ-  
λὰ οὐμίων τοιούτοις οὐμάλιστας οὐ εὐεργέτητης. Quibus exēpli quis nō videt να-  
nā & commentatiām esse τοὺς οὐμίων τοὺς ἐποκόνιον, id est laudis & honoris  
differentias & cum τρóque nomine fælicitas appellari posset. Aristotele in  
hac tota disputatione non tam graueriter & verē philosophari, quam leuiter  
& subtiliter argutari voluisse: cuius vñiuersa oratione de summo bono singu-  
lis partibus exposita, & diligenter animaduersa verē tādem cōcludere li-  
cet hoc vñlo libello tā multa esse offensa, peccataq;, ut hac vñna animaduer-  
sio Christianis & bonis viris esse singularis admonitiō debeat ad legendos  
prophanos istos ethnici hominis libros nō stultam persuasiōnē, sed Christiani-  
ni iudicij libertatem prudentiāmque adferendi: Nam ut insigniores Ari-  
stotelis errores summatim repeatam, & breuiter in epilogum conserbam,  
Capite primo, Fines insipienter distribuuntur.  
Cap. 2. Parum distincte docetur, cuius doctrinā sit hæc de morib; institutio.  
Cap. 3. Iuuenis auditor stolidè ab ethica disciplina repellitur.  
Cap. 4. Vana de rebus notis distinctione introducitur, nec ab Aristotele in  
ethicis libris obsernatur..

- Cap. 5. Honos & gloria falsa ratione virtuti tanquam fini subiicitur,  
Otiosa virtus & calamitosa mendaciter configitur.*
- Cap. 6. Idea captiose & impie reprehenditur.*
- Cap. 7. Quæ initio dicta fuerant, nugatorie repetuntur:  
Abundantia ad felicitatem vulgi stulta opinione definitur:  
Gradus in felicitate perfecta stulte & inepte configuntur:  
Rationalis facultas falsa distinctione in rationalem & irrationalē  
frangitur:  
Felicitas ipsa tandem non solum falsa, sed etiam impia defini-  
tione proponitur.*
- Cap. 8. Ad Aristoteleam felicitatem confirmandam alienæ authoritates  
frustra aggregantur.*
- Cap. 9. Deus velut hospes & peregrinus ab Aristoteleæ felicitatis ciui-  
tate excluditur.*
- Cap. 10. Felicitas in vita falso constituitur & nominatur:  
Fortuna modo ut necessaria ad beatam vitam probatur & lauda-  
tur, modo ut varia & mutabilis contemnitur, sed non minus  
varia, & inconstanti ratione.*
- Cap. 11. Leuis & vana questio de posteriorum casibus agitatur.*
- Cap. 12. Differentia inter laudem & honorem contra vsum & consuetudi-  
nem loquendi traditur.*
- Que in hac disputatione tamen multa peccata reuocare homines non insipidos  
ab insana huius Aristoteleæ authoritatis opinione & existimatione debet.  
At fundamentū est, dicet aliquis, Christianæ religionis. Propter religionē Chris-  
tianā Aristoteles est fundamentū religionis Christianæ? à quo tamen iac-  
tū istud fundamentū? Neque enim Aristoteles Christū venturū aut scie-  
rat, aut crediderat: neque hac idcirco scripserat, ut Christianæ religionis fun-  
damentū iaceret, imo vero si in Christiana tēpora incidisset, sine dubio Chri-  
stum & Christianos non minus oppugnasset, q̄ Platonem locis omnibus oppu-  
gnauit, quibus de Deo sanctius aliquid & melius dixisset: à quo igitur in-  
adīcāda religione Christiana fundamentū istud iactū est? An à diuino Hie-  
ronymo? At Aristotele vera religionis ignarū fuisse confirmat. Lege, inquit,  
Platonē, Aristoteles revolute versutias, & probabis verum esse quod dicitur,  
Labor stultorum affligit eos: An ab Augustino? at quomodo de prophano  
Aristotele loquitur diuus Augustinus? Dixit hoc Aristoteles: adiunge illū  
petra, & absorptus est. Quid est Aristoteles? audiāt quia apud inferos con-  
tremisit: An diuino Paulo? At Aristotelem & ceteros philosophos argutissi-  
mū occecatos aeterna gehenna supplicio subiicit: A quo igitur fabro hoc egre-  
giū Christianæ religionis fundamentū constitutū est? At fatuus nepe Ari-*

Aristoteles, qui Aristotelis autoritate & admiratione capti nescio qua ca-  
ptione duplē nobis felicitatē faciunt, & probat vnam humanā, de qua  
Aristoteles: alterā diuinam, de qua sacre litera, & saniores, si qui fuerūt,  
philosophi loqui dicuntur: verētā stolidus & ineptus distinctionis error  
diligenter nobis considerādus est. Satis, ut opinor, superq̄ antea docuimus Ari-  
stotelis felicitatē reuera mundanā vanitatem & impietatē esse. At quonā  
pacto probari potest, hoc loco aut vnicam esse, aut duas felicitates hominis?  
vna nobis sit regula veritatis in his estimandis disceptandisq̄ sententiis, si  
cum Deo, id est, cum veritate consentiant. Quid igitur Deus de hominis fe-  
licitate? Duplicēmne statuit vna humanam, alterā diuinam? In humana  
mundanāq̄ vita felicitas nulla à Deo nobis proponitur: tota cohortatio eius  
est ad cœlestē illam eternamq̄ vitam: illa meta laborū nostrorum nobis vni-  
ca proposita est: huins autē vita spatiū quasi curriculū quoddam nobis de-  
currēndū, anteq̄nā vllum premiū consequamur. Ideoq̄ perpetuō monemur,  
ut Deum vnicē diligamus, & omnes nostras actiones, cōfilia, cogitationes,  
mentes denique totas ad eius laudē gloriāmque referamus. At felicitas, di-  
cent aliqui, humana mundanāq̄ ab Aristotele tradita nō repugnat diuina  
& cœlesti felicitati, sed ad eam ipsam ducit. Hic vhemēter optauerim  
attētas cogitationes hominum istorū, ut animaduertant quæ contra Deum  
imprudentes loquuntur. Aristotelis felicitas ad diuinā felicitatem dicit?  
Videamus via à Deo nobis descriptā, quæ ad cœlestē eternāmque vitā per-  
uenimus, cum ea denique Aristotelis doctrinā conferamus. Si eodē ducat,  
quo vocamur à Deo, profecto verum est, & directū iter Aristotelis: sin nō  
modo abhorreat Aristoteles à supra cœlestique via, sed retro ac deorsum  
versus retrahat, dubiū esse nullo modo debet, quin Aristotelis felicitas val-  
de contraria sit arque aduersa diuinā felicitati. At primum verum est: verū  
igitur & extremū. Deus enim docet nos nihil esse, nisi nobis misericordia  
ab aliis opem tulerit, nisi vias beatæ vite docuerit, nisi studiorū nostrorū dux-  
author, & cōfirmator extiterit. Aristoteles hominem sibi ipsi confidere in-  
bet, cūmque non Deū (Deum enim Aristoteles à felicitatis humanae que-  
stione capite non amādauit) declarat esse authorem, & doctorem, & effe-  
ctorem sua felicitatis. Sacre litera docent iustitiam, temperantiam, fortitudinem,  
prudentiū hominibus à Deo tribui, nec eas virtutes perfectas ab ho-  
mine teneri, sed exiguae tantum earū vmbras in eo confici, & quidem lu-  
mine diuino vmbras ipsas efficiēt: Aristoteles docet hominem non solas  
vmbras, sed ipsa lumina virtutum à seipso sumere, suāque ipsius sola vi &  
facultate iustum, temperantem, fortē, prudentem fieri: Aristoteli nō pla-  
ceret eum satis esse ad beatitudinem aptum qui deformis sit, aut cuius corpore

aduersa & letudine torqueatur: Deus claudos, eacos, gibbosos, ceterisque vi-  
tios corporis deformatos a numero beatorum non excludit, & per famem, si-  
tim, morbos, tormenta, crues, ecceos, ignes, aditum nobis in celum promis-  
tit. Aristoteles ait neminem nisi diuitem, & quidem maximis diuitiis af-  
fluentem esse beatum, ut sibi, coniugi, liberis, propinquis, amicis satis habeat:  
Deus ait, diuini introitum difficultorem esse in celum, quam camelo in for-  
amen acus. Aristotelis doctrina hominē sine forma coniuge, & liberu mī-  
serum esse declarat: Diuina doctrina & calibatum, & coniugium in vita  
laudat: quinetiam calibatum multo prestantiorem & laudabiliorem con-  
iugio esse monet. Aristoteles negat quēquam esse beatum, qui genere fami-  
liaque sit ignobilis: Deus vero pescatores, fāneratores, fabros, agricultorū, ser-  
uos, ceteraque Aristotelis quidē iudicio mundi opprobria non modo ad fā-  
licitatem, sed etiam ad principatum fālicitatis adoptauit. Aristoteles con-  
stituit summum bonum in populari quadam predicatione & gloria: Deus  
in odio hominum & maledictione: Aristoteles in prosperis rebus, & ad  
voluntatem nostram fluentibus: Deus in rebus aduersis, quibus pius animus  
exerceri probarique posuit: ut (quemadmodum apud poetam est) consoletur  
se illa verissima consolatione,

-forsa & hac olim meminisse iuuabis:

Per varios casus, per tot discrimina rerum

Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas

Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae:

Durate, & vosmet rebus seruare secundis.

Quamobrem si Aristoteles ab illo ipso Deo, ut multi alij quondam, exci-  
tari posset, luménque Euangelica veritatis intueri, libros suos damnaret  
atque incéderet: séque miserrima & infelicitissima caligine mentis occa-  
cum fuisse predicaret: nōsque seruos tam impie & peruersae opinioni stul-  
tiissimos & amentissimos appellaret. Minime igitur decet nos, qui vera lu-  
cis possessores videri volumus, ab autore suo damnatas tenebras, improba-  
tōsque errores tam arcte tamque pertinaciter defendere, & gigantum more  
cum Deo & veritate bellum impium & nefarium pro homine ethnico ge-  
rere. Quamobrem valde mirandū est hominis huius autoritatem tam san-  
ctam grauemque esse, ut qua ruinam & exitium vere pietatis adfert, pro  
vīcō religionis fundamento à Christianis hominibus habeatur.

Tēlos.